5. Fast. *Est Deus in nobis; agitante calescimus illo:*
Impetus ille sacra semina mentis habet.

4. Trist. eleg. 10.

At mihi iam puero cælestia sacra placebant,
Inq; suum furtim Musa trahebat opus.

Et 3. eleg. 2. *Nec vos Pierides, nec stirps Latonia vestro*
Docta Sacerdoti turba tulistis opem.

Propertius lib. 3. Eleg.

Hæc curent pueri, relegant hæc scripta puellæ,
Meq; Deum clament, & mihi sacra ferant.

De carminibus scilicet intellige, quæ tanquam Dij omnibus admirationi sint. Et Cicer. *in Tuscul* Poeta graue plenumq; carmen non sine cœlesti aliquo mentis instinctu fundit. Et pro Archia: *Cæterarum rerum studia & doctrina, & præceptis, & arte constant: Poeta natura ipsa valet, & mentis viribus excitatur, & quasi diuino quodam spiritu afflatur. Quare suo iure*

noster ille Ennius sanctos appellat Poetas, quod quasi deorum aliquo dono & munere commendati nobis esse videantur.

6. Quòd autem sine Baccho præclarissimos versus canere non possint, est, quia Musis ille & Philosophiæ præest, vt ex Paulino superiùs dictum est, & ex Platone deducitur; sine Præside autem nihil efficitur. Illud enim verbum, *Deo plenus*, ferè omnes pro Baccho intellexerunt, & antiqui præsertim ita sunt interpretati; qui etiam inter Apollinem & Bacchum nullum discrimen fecere, vt Macrobius *lib. 1. Saturn. c. 18.* refert; sic enim ait: *Nulla ex his dubitatio sit, Solem ac Liberum Patrem eiusdem numinis habendum: absolutè tamen hoc argumentis liquidioribus adstruetur. In sacris enim hæc religiosi arcani obseruatio tenetur, vt cùm Sol in supero, id est, in diuino Hemisphario est, Apollo vocitetur; cùm in infero, id est, nocturno Dionysius, qui est Liber Pater habeatur, &c.* Qua de re cùm Phœbus & Bacchus idem sint, & Sol sit, vt Cicero affirmat, Dux & Princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi & temperatio, tanta magnitudine, vt cuncta sua luce lustret & compleat, deducitur

Primò, Essentialiter tres tantummodò furores Poëticos esse, non quatuor; aut si quatuor sint cõstituendi, inter Bacchum & Apollinem, differentiam solummodò accidentalem esse faciendam.

Secundò. Bacchicum furorẽ cæteris præesse: sicut

icut Phœbus ſtellis, planetis, cæteriſque rebus
præſidet.

Tertiò, Sicut ſine principe, conſiliarij alicuius
nomenti negotia decernere aut expedire: ſic ſine
Bacchico furore cæterorũ præſide, laudabiles ver-
us fundere Poëtæ minimè valent: & negandum,
quemquam ſine eo in Poëtã magnum euaſurum.

Quartò, Quando Poëtæ Bacchum inuocant,
Apollinem etiam, & è contrà, quando Apollinem,
Bacchum quoque eos inuocare certum eſt, cùm
dem ſint, & nulla eſſentiali differentia diſtin-
guantur.

Quintò, Poſſe ſententiam de ea quæſtione
erri, nempe cur celeberrimi Poëtæ noctu, &
on diu cantus edant præſtantiores: nam rationes
a promptu ſunt: 1. Quia Bacchus nocte (Poë-
cè nunc loquor) ſicut Apollo diu prædomina-
ur, vt ex Macrobio ſuperiùs annotauimus.
. Quia noctu omnia quietiora & ſecretiora ſunt,
leò ſeceſſus & latebras adamant, nempe vbi
unt horti, nemora, rura, flumina, & amœnitates,
lorat. Epiſt. 2. lib. 1.

------- *Me gelidum nemus*
Nympharumq; leues cum Satyris chori,
Secernunt populo.

t 2. lib. 2. *Præter cætera, Romæ méne Poemata cenſes*
Scribere poſſe inter tot curas, totq; labores?

t inferiùs. *Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbem.*

Et Ouid. Eleg....

Carmina secessum scribentis & otia quærunt.

Sextò, Quia noctu mens quauis diurna sollicitudine & perturbatione soluta esse videtur. mens enim distracta, & angore pressa difficillimè versus scribere potest, teste Ouidio:

------ *Carmina lætum*
Sunt opus, & pacem mentis habere volunt:
Carmina proueniunt animo deducta sereno,
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.

Et Guarinus singularis Poëta Italicus:

Lieto nido, esca dolce, aura cortese
Bramano i Cigni, e non si va in Parnaso
Con le cure mordaci & chi pur sempre
Col suo destin garisce, e col disagio,
Vien rocco, e perde il canto, e la fauella.

Qua de re Ouidius, quomodo in animi temporisque statu turbulentissimo, carmina factitare potuerit, admiratur.

Quòd facerem versus inter fera murmura Ponti,
Cycladis Aegeas obstupuisse puto.
Ipse ego nunc miror, tantis animiq; marisq;
Fluctibus ingenium non cecidisse meum.

Septimò, Quia antiqui noctu bibere, & Libero Patri indulgere solebant, eoque deinde calefacti & agitati, antequam somno se darent, semper mellifluа carmina fundebant; imò inter ipsa pocula, doctissimo lepidissimoq; versu verba reddebant: Principes enim lepidos, festiuos simul & erudi

ruditos cantus audire in conuiuijs, ac in cœnis magnopere delectabantur: & Camillus Quernus Leonis X. familiaris, qui de eius lagena perpotando, subitanea carmina factitabat, ab eo petijt, vt optimum vinum, nempe Falernum sibi propinari iberet:

Porrige, quod faciat carmina docta Falernum

Etenim inter cyathos & spumantis vini pateras, prædulcia carmina ore rotundo à Poëtis decantantur, vt inquit Philippus Massinus.

Cede à i tuti sorsi, à i carmi tuoi sonanti
L'autor del vino, e'l portator del giorno,
Tu con la tazza, e con la cetra intorno
Guidi le Muse insieme, e le Bacchanti:

Et in fine. *Ebbro Apollo tu, Bacco Canoro,*
Che'n vin cangi Helicona, & Hippocrene,
E mentre dormi in terra, in ciel t' aggiri.

8. Nec mirum, cùm Bacchus sit ipsius Poëtis auctor, iuxta illud Tibulli lib. 1. Eleg. 7.

Ille liquor docuit voces inflectere cantu.

Iou. Pont. *Quod vatum pater es, prosit mihi, &c.*
Et Ioa. Ant. Taygetius. *Diue, faue, auctorem te veneror carminis, &c.*

9. Imò Eliconam montemque Parnassum, quem Musæ inhabitant, Bacchus suâ eminentiâ continet, vt ait Ioan. Matthæus Bouius:

Iuris nonne mei est Parnassia rupes,
Vnde mihi alternis Bacchica turba sonat?

Qui enim Bacchico furore iactatur, à Musis quoque

que & Venere concitatur, vt idem Massinus eruditè demonstrat:

Questo di puro vin spumante vaso,
Che scintillando essala à mille, à mille,
Viue saltanti e spiritose stille,
Onde gl'occhi mi punga, e ingemmi il naso.
E'l mio Elicona, e sono il mio Parnaso,
Oue l'hore men' io liete, e tranquille,
Di Bacco i colli, e queste amene ville
Orto de gl' otij, e de le cure occaso.
Mentre la lingua il buon Leneo m'inonda,
O come dolce mormorar si sente
E fra i rami, e fra i sassi, e l'aura, e l'onda.
O soaue liquor dolce e pungente,
Se ma i fortuna i mie i desir seconda,
Terrò le Muse alle tue lodi intente.

Et Horatius *lib.* 3. *Carm.* à Baccho tanquam cæterorum Præside petit, vt se in suorum nemorum secreta ducat, vbi numine eius repletus, Cæsaris Augusti laudes canat:

Quo me Bacche rapis tui
Plenum? quæ in nemora, & quos agor in specus
Velox mente noua? quibus
Antris egregijs Cæsaris audiar,
Æternum meditans decus
Stellis inserere & concilio Iouis? &c.

Si enim Veneris Musarumque furores grauiori doctrinâ mentes Poëtarum imbuerent, eosque ad præclarissima Principum gesta decantanda diui-

liuiniori impetu incitarent, proculdubio Horatius, qui Augusti omnium sapientissimi, fortissimi, potentissimi, & fælicissimi laudes erat decantaturus, Camię Deæ, Pieridumque numina, ac fauorem inuocasset; sed satis ei fuit Bacchi auxilium poscere. Nam cùm Bacchus imploratur, Helicona, Deæ, & Venus quoque, non è contrà inuocantur.

10. Qua de causa nobilioris famæ Poetæ viri sunt auidissimi, & aquam, vt versibus ex diametro repugnantem, euitant: quod quidem Ioannes Robellinus confirmat:

Quid tam sollicitos diuexat cura Poetas,
Scandere tam rigidis cinctum Helicona locis?
Non video: incultus cur Phœbi regia lucus
Hos iuuet, aut fœdo, quæ stupet vnda lacu?
Cur te non adeunt potiùs Semeleia proles,
Afflatiq; tuo numine metra canunt?
Tu simul ac aridam mulces dulcedine linguam,
Cecropium lætò profluit ore melos.
Ergo sacra taceant abstemia pectora Musæ:
Phœbe vale, valeat Pegasus, vnda vale.

Et quò meliora vina bibunt, eò meliora carmina dunt, vt inquit Paschasius:

Tam lepidè versus facis, & tam leniter oras,
Vt nunc sis Hermes, nunc Apollo mihi.
Credo ego te Ambrosi, mensis accumbere Diuûm,
Quin ego te credo nectar, & Ambrosiam.

11. Qui non bibit, versus fundere minimè potest; qui verò odorati Bacchi pocula exsiccat,

mira

mira fælicitate, arma, Venerem, amores, virosqu canit: & quale Poëta potat, tale poëma facit, vt a doctissimus Sabeus:

Non petij in vacuum vinum; nam fronte serena
Pocula, quod dederis nobiliora facis.
Reddo tibi grates: verùm Marcelle minores
Munere: at æqualem reddat te Apollo vicem.
Nam me indignatus vappam, mustumq; bibentem
Terga dabat; per te conciliatus, adest.
Consignat & solitum latus mustumq;, merumq;,
Quale Poeta bibit, ta le poema sonat.

Et Massimus:

S' à i liquidi topatij, à i bei rubini
Stillanti, onde più chiaro è'l tuo buon Giorgi,
Spesso Albertin, la man fumosa porgi,
Carmi scriuer ben puoi sacri e diuini.
Cinger ben puoi di doppio fregio i crini,
Se con Bacco e con Febo hor siedi, hor sorgi, &c.

Qua de re Gabriel Chiabrera, lepidissimus Poet Phyllidi potum petit, aliter canere non posset:

Se tuoi begl' occhi vaghi
Filli, han da celebrarsi,
Mie labbri aridi & arsi
Tua bianca man d' almo licore appaghi;
Qui dòue spargon ombra, e viti & olmi,
Oue più col ruscel Zefiro fischia.
Reca tre vasi inghirlandati e colmi
Del vin, c' honora Posilippo & Ischia:
E se ti cal, che vaghi

Pe

Per le Elicionie cime,
Il ſuon delle mie rime,
Sieno i bei vaſi, pelagheti e laghi.

Etenim vt ille,

Fœcundi calices, quem non fecere diſertum?

Et vt Maſſinus:

Ne può ciò, che non beue eſſer facondo
E verſi verſa, chi di Bromio è pieno,
Che fan tazze feconde altrui facondo,
Io Febo ho in bocca, quando hò Bacco in ſeno

Et quidam ad hanc rem de vino Maluatico loquens,

Farà piouere i verſi e le parole,
Bacco, il qual regge i capricci, non meno
Ch' i concetti d'amor, le Muſe, e il Sole.

Et inferiùs:

Queſt' è la fonte, che mi fa Poeta,
Il magazzino è il Monte di Pegaſo,
Fauſtino è de Poeti il gran Pianeta.

12. Quod quidem ab Homero totius Poeſeos Principe, magno veritatis interprete, vate maximo, & diuiniſſimo Poeta confirmatur, qui prouldubio tanta diuini ingenij felicitate Troianum bellum non decantaſſet, niſi Patris Liberalis liuore priùs madefactus fuiſſet. Nam, vt inquit Horatius:

Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.

Idem de Ennio legitur, qui ne verſum quidem pondere poterat, niſi priùs optimo generoſoque vino

vino madidus ac calefactus.

Hennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit, dicenda oratio.

Neque Cato sapientissimus & prudentissimus Romanis habitus esset, nisi vinum purum perpotasset; quod eum magni consilij diuinaéque mentis præditum reddebat.

Narratur & prisci Catonis
Sæpè mero caluisse virtus.

Neque Nestor tam diu vixisset, néque Græcos iuuasset, conseruassetque sine delicatissimi liquoris haustu, cuius, vt inquit Homerus, magnas pateras exsorbebat.

Poculum erat pulchrum in domo aureum, quod
Nec facilè quisquam potuisset tollere mensa,
Cum plenum foret: at Nestor nullo ipse labore
Tollebat senior, &c.

Et ille Archipoeta Camillus Quernus infinita carmina in torrentis morem non cecinisset, & pro mille Poetis versus non factitasset, vt ipseme fatetur: nam à Leone X. decanere iussus, in hunc Hexametrum erupit:

Archipoeta facit versus pro mille Poetis.

Etenim cur mille Poetas longè multumque canendo superaret, ipsemet Leo caussam hoc Pentametro reddidit:

Et pro mille alijs Archipoeta bibit.

Et vt pulchrè ad hanc rem scribit Laurentius Gryllus *de sapore dulci & amaro*, *lib.* 1. Neque vi

vi

ini in ijs tantùm, qui eo moderatè vtuntur, ap-
aret, ſed in ipſis etiam ebrijs quibuſdam, in
uibus ingenij vis vino paulò largiore excitatur,
on autem obruitur, niſi largiſſimè hauriatur. Id
ulla alia ratione contingit, quàm ſimilitudine &
onuentione ſpirituum vini & ingenij, ita vt hi
on ſequantur à vino, quod alibi Ouidius tribuit
eo.

Eſt Deus in nobis: agitante caleſcimus illo.

a vt rectè quidam luſerit ſpiritu de vino, pro
iritu diuino. Conſtat certò quoſdam mediocri-
r potos, verſus fundere, & multos non infeli-
s, quos ſobrij vix magnis vigilijs exorſiſſent.
Qui vino eſt aſſuetus, & aliquo triſti caſu in
ginquâ prouincia, quæ vinum non producat,
am degere ſit coactus, verſus fundere amplius
n poteſt, vt Ouidio in Ponto relegato accidit.

Impetus ille ſacer, qui Vatum pectora nutrit,
Qui priùs in nobis eſſe ſolebat, abeſt.

3. Vino enim elegantia carmina, aquâ autem,
la cantantur, vt inquit Niceratus:

Vinum ſanè gratioſo magnus eſt equus Poetæ:
Aquam autem bibens, bonũ non faceres verſũ.

durant, & nunquam obliuioni mandantur;
verò ſtatim, ac nata ſunt, moriuntur; vt enim
Horatius:

Triſco ſi credis Mecœnas docte Cratino,
Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

Idem dicit Athenęus lib. 2. Dipnosoph.

Aquam bibens, nihil probum & vtile paries:

Muretus quoque:

Cur tua vix vnquã sint salsa Epigrãmata quæ
Diluis hæc nimio Pontiliane mero.

Et Raphael Volaterranus idẽ, quod Nicerat

Dulce merum Musis equus est in carmine velox,
Si quis aquam potes, nil benè parturies.

Qua de re pulchrè Daniel Heinsius:

------ Quid inania cessant
Pocula Bacche Pater, nec bene plena tibi?
Vatem dedecet vnda.

Et Horatius verè affirmat, omnia dura euad aquæ potoribus, iustamq; quidem pœnam e modi potores habere. Nam qui aquam bibu consentaneum est, vt gustu vini omnino priu tur, vt inquit Massinus.

Giusto è, Libero Padre ogni tuo sdegno
Meco, si contumace in tanto errore,
Profanato dall' acque il tuo liquore,
Di ber son io, son di gustar indegno.

14. Etenim ab aquæ potu, neque ioci, neq; sa neque versus extemporanei prodeunt; a prodeant, sunt lugubres, queruli, mœsti, tris melancholici, & cum molestia summoque la re cantati: sed ex vini haustu suaues, dulces, temporanei, ingeniosi, læti, grati, elegantes, l di, festiui, & graues statim profluunt. & r Helias Andreas ex Anacreonte:

Vbi ſuaue poto vinum,
Animo repentè læto
Celebro nouem Camœnas,
Vbi ſuaue poto vinum
Subitò moleſta cura, &c.

Et alter:

Vt me ſubit Lyæus,
Tunc cura dormit omnis,
Crœſumq; ſperno præ me,
Dulcis repente noſtro
Erumpit ore cantus, &c.

15. Aqua non improbatur: ea enim oculos delectat, atque aures ſuaui murmure perſonant: at carmina condenda Baccho eſt opus, qui venis Poetarum aperit, eoſque ad cantandum exmulat, vt inquit Leuinus Torrentius Od. lib. 1. p. 5.

At Lauros edat & pallidulus labra
Aſcræis, aluis fontibus irriget.
Nymphas non ego damno,
Sed Baccho capior magis.
Nec factis aliud dicere, nec velim
Frontem compoſitò fingere, quia procul
Abſit gloria vulgi:
Ipſi dum ſapiam mihi.
Nam quò nobilium gloria fontium,
Muſcoſiq; lacus & vaga flumina,
Quotquot Græcia magnis
Celo laudibus extulit?

Delectant oculos ista quidem meos,
Atque aures placito murmure personant.
Sed quo carmina seris
Pangam, digna nepotibus,
Huc optem latices Bacche Pater tuos;
Tu venas aperis, mollibus æstuans
Per præcordia flammis,
Nec torpere sinis gelu.
Tunc nec pauperie discrucior graui,
Nec vanis populi ducor honoribus,
Non me purpura regum,
Non belli strepitus mouent, &c.

Et Horat.

Ad mare cùm veni, generosum & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe diuite manat
In venas, animumq; meum: quod verba ministr

Et quò plus meri bibunt Poetæ, eò largiora c
mina pangunt, vt idem Od. 4. affirmat.

Salue Bacche Pater Nysigena, Eure
Salue. fas mihi te dicere, sed nefas
Siccis dicere labris,
Fonte lætitiæ Deum.
Soluendos igitur da calices puer,
Bacchum, vt ritè canam, largior affluet
Promptæ copia linguæ,
Quò plus ebiberim meri.

Scilicet tantum bibendum, vt præclara quæ
potu designare queas. Nam teste Hom
Vlyss. 13.

Compulit, vt vinum prudentem promere carmen,
Dulceq; ridere, atque agilem saltare choream.

16. Nam ebrietas ebria carmina dictat, quæ
dminiculo, more hederæ indigent, vt Georgius
Benedictus in ebrioso Poëta præclarè ostendit.

Ebrius ad numeros scribendaq; carmina surgis;
Nec benè, ni potes, esse Poeta potes.
Quid mirum? nam quæ plena inter pocula nectas
Ebrius, hæc Bacchi carmina, non tua sunt.
Et miramur adhuc, quod tali nata parente
Carmina, suspensis non egeant hederis.

tenim si multi, vt superiùs dictum est, ebrij, &
lij quoque, vt Cornelius Gallus, qui libros qua-
ior Elegiar. & de Cytheride quadam, P. Vo-
mnij liberta, nisi optimo vino plenus, non
cripsisset. nam & ipse se vinosum describit.

At si me subitò vinosum repperit hospes,
Aut lenis fecit sumere vina dies:
Cessit & ipse Pater Bacchus, stupuitq; bibentem,
Et quicunq; solet vincere, victus abit.

t Æschilus, de quo Plutarchus in Sympos.
etiam Aeschilus fertur potus suas scripsisse Tragœ-
as, easq; omnes Bacchi fuisse, secus quàm Gorgias,
c. vt Alcæus & Comicus Aristophanes, de
ub. Rhodiginus: *Alcæus & Comicus Aristophanes*
no madidi, pangendis inuigilabant poematis. Mul-
que præterea vino se proluentes depugnarunt
ustriùs, vt Martialis, qui nunquam ad Poësin,
si vino calefactus prorupit: vt Rhonsardus

Gallorum Poëtarum decus, quem in pangend carminibus amici & ſodales generoſo vino m didum ſemper inueniebant, vt refert Anthoni Lupius, cuius carmina à vino decantata fuiſ perſpicuè vnuſquiſque cognoſcere poteſt.

17. Vt Heleni, qui volẽtes diſſerere, conſiliũ da regendæ Reipublicæ, illud mentẽ exhilarare, v ritatem aperire, ingenium acuere experiebantu Hi inquam ſi vino madidi præclariſſima poſte reliquerunt, dicendum eos excluſiuè, non incl ſiuè ebrios fuiſſe; Hilaritas enim laudatur, vulg ris autem ebrietas è contrà vituperatur, de q ſuo loco. Hinc Itali, Galli, & Hiſpani, quia opt ma vina bibunt, facillimè verſus componunt, inquit P. Mel. qui de Poëtis Italis, Gallis & Hi panis hæc.

Perfacile eſt vobis, cultiſſima turba Poetæ,
Iungere diſparibus verba Latina modis.
Sugitis immulſo nutricis ab vbere, quæ nos
Vix bibimus brumis ore patente nouem, &c.

18. Et rectè, quia Romani ſeu Itali, Galli, Hiſp ni, & Germani ante vini vſum, nullum habue Poëtam, ſed poſt conſitas vineas, grauia præclara carmina ab eis fluere cœperunt: & R ma, Italia, Gallia, Hiſpania, Germaniaq; inſign deinde Poetas pepererunt, qui apud omnes n tiones & profeſſores, magnum & illuſtre nom ſibi compararunt. At quia vina Græca, ſuauitat guſtu & virtute, Italica olim ſuperabant, nobili

quoque pręstantioresque Poëtæ ex Græcia
odierunt. Temporis verò progressu cùm vina
erna, Surrentina, &c. bibere Romani cœpe-
t, non solum Græcos, verùm etiam alias na-
nes carminum inuentione, suauitate, lepore,
uitate, argutia & maiestate largè multumque
erarunt: ratio est, quia Falerna Græcis præsta-
nt. Quod quidem Laurentius Gryllus *de sapo-
lulci & amaro lib.* 1. his verbis confirmat: *Iam
quò generosius vinum quæque prouincia profert,
omines prudentiores selectioresq; eadem alit. Græ-
certè præstantia vini, nulli facilè regioni cessit, at-
adeo eadem omnium doctrinarum, & ingenio-
n ac vniuersæ sapientiæ parens fuit. Quam sanè in-
iorum laudem scimus veteres Græcos singulis ferè
poribus retinuisse. Nunc verò cùm Turcarum Im-
io & Religione vites sint sublatæ, vnà cum ijs in-
ij & doctrinæ gloria apud Græcos videtur interijsse.
pud Getas & Scythas, & alios Barbaros, vbi vinum
nascitur, nec aliunde aduectum in vsum venit,
la ingeniorum excellentia prædicatur, vtque neque
d eos etiam, qui in eodem cum Græcis climate ha-
nt, & sæpè in eodem Parallelo, ne quis putet cœli
ione id contingere. Sunt etiam Itali ea ratione
eniosiores Germanis, quia vina habent & dulciora
maturiora, qualia diximus hanc vim potissimum
bere, non autem arida & austera*; vinum enim
imæ potentias ad actum reducit, frigidi-
e autem mens ita hebetatur, vt pulcher-

rima, mente videre, nec egregiè canere nemo possi, ipso Baccho teste, qui apud Bossium sic conqueritur:

Quid mihi formà capri, & tumulo quid profui olim
Discerptum, membris conualuisse meis?
Si me iam lacerat satui ignauia verbis,
Si me cœnoso mergere fonte cupit.
Frigidus est illi circum præcordia sanguis,
Hinc obtusa graui mens hebet ingenio.
Mens tenebris occlusa nequit manifesta videre.
In nostrum, caußa hac impia, numen agit, &c.

19. Quapropter cùm vinum fertiles Poeta reddat, non est mirum, si ij aqua dilutum biber recusent. Ioan. Pincerius:

Cur vina insipidis deprauas suauia lymphis,
Neq placeant q̃ facis, quæ placuere prius?
Naturæ sollertis opus temerare caueto,
Lymphæ è natali sat bibit vna solo.
An nescis etiam fluuios immittere vinis,
Quique ea diuendunt, quique aliunde vehunt?

Aqua enim facies, manus, pedesque abluendo; vinum autem, quod faciem rubore suffundit, hyeme corpus calefacit, estateque refrigerat, merum ebibendum esse affirmant, Philippus Messinus.

Perche l'onda gradisci, il vin negletto,
Hai di pallor, Orsellia il viso tinto,
Di bel vermiglio io sempre ho'l mio dipinto,

Per

Perche co'l vino adempio il tuo diffetto.
Bagna con l'onda fuor le mani, e'l petto,
E la rosa rauuiua, e'l bel giacinto,
Che langue homai sù la tua guancia estinto,
Ma non dar entro il seno à lei ricetto.

20. Cur autem Poetæ vinum dilutum non bibant, est, quia illud nobile carminum profluium, quod à mero scaturit, aqua vino permixta, ùa tarda penetratione impedit: vinum enim in orpore diutiùs remorari facit; quare cùm vinum lilutum mentem non excalefaciat, versus subitò luere non possunt, quod quidem Poetis maximè ncommodat: qua de caussa mero delectantur, ùm post vini potum carmina meliùs illi coninant, iuxta illud Obsop.

Mitte Pater caput huc, placataq; cornua vertas,
Et des ingenio vela secunda meo.
Da generosa prius sitibundis vina Camœnis,
Post potum meliùs carmina mille fluent.

21. Aquam autem Zythumque, vt carmini-ous ex diametro contraria ac inimica, odio prose-uuntur: etenim, vt ille, si aquam respuit calceus, uantò magis caput. Mart. Epist. lib. 6. 86.

Setinum domi neque niues densiq; trientes,
Quando ego vos medico non prohibente bibam?
Stultus & ingratus nec tanto munere dignus,
Qui mauult hæres diuitis esse Midæ.
Possideat Lybicas messes, Hermumq; Tagumq;,
Et potet calidam, qui mihi laudat aquam.

Et lib. 12. 105.

Me iucunda iuuant tracta per pocula noctes,
Tu properas pota surgere tristis aqua.

Propertius lib. 3. 3.

Me iuuat & multo mentem vincire Lyæo,
Et caput in verna semper habere rosa.

Hartamnus Scopperus:

Sint procul à doctis Zythi maledicta Poëtis
Pocula: nutritur quodlibet inde scelus.
Non satis in toto gerit vnquam corpore micam,
Qui vehit hunc potum laudibus astra super.
Qui Cereri succos odiosos addere primus,
Et violare merum dulcius ausus erat.
Huic irata Ceres fuit, huic iratus Iacchus,
Humor enim cerebro pernitiosus obest,
Debilitatq; pedes, iacit humida semina lepræ,
Omnibus extremi Zythus origo mali.

Eobanus Hessus.

Qui docuit crasso Cererem confundere succo,
Huic iratus erat Bacchus & ipsa Ceres.
Nam Pelusiaci, qui laudat munera Zythi,
Illi nec cerebrum, nec caput esse potest:
Renibus & neruis, cerebroq; hic noxius humor,
Sæpè etiam lepræ semina fœda iacit.

Petrus Paganus:

Ceruisiam Zythopæi coquens potusq; πειντῆς
Quem rarò læta fronte Poeta bibit.
Abÿcias lupulum lædentem claustra cerebri,
Agresti linquas hordea cocta gregi

Vndas anſeribus: doctæ tua dona Phalanges
Bacche bibant: poſthac fac Zythopæe merum.

lic auctor ceruiſiam dilaudat, quia ſolummodo d ſedandã ſitim ea vtebatur; quando verò præ- criptam menſuram tranſgrediebatur, diabolica omnia faciebat. Cæterum in conuiuijs, in quibus inum apponebatur, magna voluptate omnibus ropinabat, & ſibi præbibentibus alacriter & aſculè reſpondebat. Verùm deinde inter po- ula vino iam incaleſcens, ſic expeditè & ex empore verſus fundebat, vt ab omnibus incre- ibili hilaritate exciperentur.

hilippus Maſſinus:

Ferma Orſellia, la man, ferma, che fai?
Aſtolga il ciel, che pura linfa ò miſta,
Che gl'altrui corpi infetta, e l'alme attriſta,
Ne le viſcere mie pioua giamai.

t inferius.

Sacrilega è la man, che Bacco offende
Con l'inſipido fiume il bel colore,
Del ſuo color turbando aureo, ò vermiglio.

t alibi.

L'inſidioſo argento indarno verſi,
Non fia giamai, ch'io tue lusinghe aſcolti,
Fin che l'aureo liquor mi ſta da canto.
Di cui colme le tazze al ciel riuolti
Gl'occhi, io beuo, e poi dormo, e deſto canto
Pien d'ardente furor ſonanti verſi.

raſmus ex Epigr. Græco, cuius author cereui-

ſiam

ſiam vituperat:

Bacche quis ? vnde venis? verum tibi deiero , Bacchum,
Te haud noui: tantùm eſt cognitus ille Ioui.
Is nectar redolet: hircum tu. dic age, num te
Eſpicis finxit Gallia vitis inops?
Non igitur Bacchum te dixero, ſed Cerealem,
Et frumentigenã, nec Bromium , immò Bromi

Quidam de podagra :

Dulcia quin etiam prohibet mihi dona Lyæi,
Cogit & è gelido fonte leuare ſitim.
Aut tenuem è Lupulo certum potare liquorem,
Inſuetum ſtomacho, viſceribuſq; malum.

22. Et non ſine ſumma ratione cereuiſiam malam eſſe affirmant: ea enim pinguori ſua Cere re, ſanguinem craſſum minimeque defœcatur generat, diuturnam ebrietatem procurat, reni bus, neruis, cerebro plurimùm incommodat flatus, tormina prouocat, prauos humores accu mulat, dolorem verticis, & ſoporem cerebri gignit, caput conturbat; ſolus eius aſpectus lumen oculorum obnubilat, ſolaque odoratio cerebrum dementat, & totum corpus eius, qui eam bibi fremit & exhorreſcit. Ob has fortaſſe cauſſas Itali à ceruiſia alieniſſimum animum habent. nam vt ſcribit Iac. Menoch. *de præſumpt. lib.5. c.152 11. Nos Itali ceruiſia non vtimur , quin eam capital odioſic proſequimur, vt è noſtris dolijs, & Cellis vinariis, graui indicta pœna proſcripſerimus.*

23. Cum

23. Cur autem aqua sit Poëtis inimica, & dura potoribus eius Deus proposuerit, duas præcipuas esse caussas apud authores reperio. Prima, quia, vt inquit Galeotus Martius de doctrina promiscua c. 28. *Aqua frigiditate suâ cùm bibitur, tristem iracundumq; reddit, vt testatur Auicenna tertia decima tertij. Nam sicut potu vini exhilaramur, ita bibitione aquæ in mœrorem tristitiamq; resoluimur.* quod nec Martialis tacuit cùm ait:

Me iucunda iuuant tractæ per pocula noctes,
Tu properas pota surgere tristis aqua.

Accedit etiam, quòd ingenium hebetat, quia infrigidat.

Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis
Quod vini calor exacuit: vnde Horat.

Ennius ipse Pater, &c.

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.

Quid autem vinum operetur, certum est, & carmen Ouidij declarat:

Vina parãt animos, faciuntq; caloribus aptos, &c.

Hæc igitur, quæ vitam iucundissimam præstant, ex vini potione nascuntur.

Non igitur admirationi dictum Flacci nobis erit, cùm omnia dura potoribus aquæ Deus proposuerit. His adde Poëtas sine animi tranquillitate decantare non posse; aqua autem bilosos, bibentes reddit, cùm ea epota in bilem conuertatur, vt ait Galenus. Bilis verò inquietos homines efficit.

Secun-

Secũ la, quia, vt inquit Schola Salernitana c. 27

Potus aquæ sumptus comedenti incommoda præstat
Hinc friget stomachus, crudus & inde cibus.

Et vt eius commentator: *Primò namque ventriculum infrigidat & relaxat*, maximeque omnium cibi appetentiam deijcit: deinde concoctionem interrumpens, cruditatem generat. Pendent autem ea potissimum, vt testis est lib. 7. Method Med. cap. 6. Galenus ex eius frigiditate omnia cuius culpa, & in præcordijs diutissimè moratur & fluctuationes excitat; & in flatum mutatur & corrumpitur, & ita ventriculi resoluit robur, vt deterius ob id concoquatur.

Ex hac doctrina deduci potest; cur aquæ potores versus edere non possint; ob eius enim frigiditatem carmina digerere neutiquam valent: sed ea semicocta, & multoties cruda ac indigesta cum omnium irrisione ex frigidissimo cerebro prodeunt.

Præterea nullo est sapore imbuta; quid mirum igitur, si insipidos versus e stomacho & mente semicruda infelicissimè exarent.

Pretereà etiam aqua est frigida, & frigidum est Poëtis inimicum, vt elegantissimè Lipsius attestatur:

Auspicijs Iani duplicis dum scribere versus
Cogito, Dousa tuis, & noue Iane tuis.
Obstitit incœptis Saturni sydus, & omnis
Chrystallo tegitur amnis, & omnis hiemus.

Con-

Conglaciastis aquæ Heliconidas, ite Poetæ,
Nulla leuat vestrum Castalis vnda sitim.

Adde quòd Poëtæ & literati plerumque sunt melancholici, tristes & aliquoties rerum familiarium tenuitate laborant, quæ omnia aqua auget; vinum autem depellit: ideo in Epigr. vet. Poëtæ hoc præcipitur.

Vince mero curas, & quicquid forte remordet,
Comprime, deq; animo nubila pelle tuo.
Nox, curam si prendit, alit. male creditur illi
Cura, nisi à multo marcida facta mero.

Et Catul. Eleg. 11.

Adde merum, vinoq; graues compesce labores.

24. Quibus de caussis, vt cantui aduersariam, quam in odium habent, sicut & eos qui vinum pargunt: fusi enim vini quot guttas delibasset Poëta, tot suauissima carmina Musis & posteritati cecinisset: eosque etiam, qui vnam immaturam proijciunt, quia nobile alicui Poëtæ cantandi argumentum ea suppeditasset, vt Pierius Valerianus ex quodam Epigrammate Græco affirmat.

Quæ feritas? quisquis dona immatura Lyæi
Ante diem è vitis palmite sustulerat;
Labraq; perstrictus vecors abiecit, vt esset,
In pedibus trita, vile putamen humo!
Huic Pater instauret Læneus digna Lycurgo:
Quando ita nascentem sustulit Euphrosynen.
Namque aliquis vino hoc hilaris cãtasset, amasset,

Au-

Aut poterat curas dememinisse graues.

Hinc exoritur, auro, argento, vestibus, gemmis Poetas vinum præferre, vt ille:

Non aurum, vestes, gemmas, non prædia & vrbes,
Pocula plena velim nobiliore mero.

25. Quia Bacchus est ille, qui Poetas diserto facit, quique eis Heroicum inspirat ardorem, vt in laud. Bacchar. legitur:

Ecce etiam nostra, nostra tua pocula venæ
Ardorem inspirant hilarem, mentiq; recentem,
Quæ modo languidior fuerat, dant illa vigorem,
Et vigor hic crescit crescentibus illis.
Magna loquor, possumq; tamen maiora referre,
Atque fide maiora, etiam plerisque futura.
Nam quoties duplicis commisceo dona Lyæi,
Iamq; calorem illis indo, bicoloribus vnum,
Vix ea, vix ausi duplices cum pectore Musas
Sentio, quas Nellas latiales & educat ora;
Non alias fateor, sensi præcordia Musis,
Hospita nempe tuos dum ignorauêre liquores,
Nunc illiq; simul subiere, simulq; Camœnæ.

26. Et nulla alia de caussa Homeros Virgiliosq; ætas nostra non videt, quàm ob Principum auaritiã, qui parcè & in angustis cyathis vinum Poëtis propinandum iubent; nimia autem vini parsimonia, hebes ac Poesi ineptum Poetarum, qui spumantes pateras vacuare peroptant, & nollent, vt pocula, aliena manu tractarentur, ingenium reddit. Etenim à Liberi, Genialisque copia

ac

fluentia, ingeniosa ac diuina poëmata nascun-
,vt inquit doctissimus politicorum Traianus
ccalinus 1.*part.rag.c.*28.*E con l'autoritad d'Es-
apio, di Galeno & d'altri eccellentißimi Me-
i concludentißimamente prouò, che le febri Ethi-
, i mali Thisici prima poco conosciuti al mondo,
la miserabile introduttione, che nelle mense era
a fatta della dolorosa sottocoppa, e dell' infelicißi-
bichiere di tre oncie, in infinito eran cresciuti:
rce che quelle simplici persone, che sciocamente
an lasciate persuadere di bere à oncie con vna com-
ßionella da Cardelino, si vedeuano campare à
poli; Onde accadeua, che nell'età presente, nella
lnel bere più s'attendeua alla vanità della bella
nza, ch'alla sustanza di bere con sodisfattione,
tto era mancata la feroce compleßione de gl'anti-
huomini robusti. Nella fine poi dell oratione quell'
tor Poeta col testimonio steßo delle Ser^me. Muse,
gniuno fece fede, ch'allhora affato si perdette la
za de gl' Homeri e de Virgili, & il mondo s'appo-
le moderni Poeti stitichi, che fù dismesso l'vso lode
ßimo di bere al boccale.

7. Bacchus namque Poëtas facit stupendos,
ísque fouet, vt inquit eruditissimus Vir M.
ton. Muretus:

Bacchus Poëtas & facit & fouet;
Bacchus Poëtarum ingenia excitat;
Bacchus nouem præstat puellis,
Et melior potiorq; Phœbo est:

Ter terna quisquis pocula sumpserit
Dulcis Falerni, sentiet hic sibi
Calere diuino furore,
Carmina ad eijcienda mentem.
Sic lætus olim vixit Anacreon,
Cinctus virenti tempora pampino;
Sic Ennius semper madenti
Gutture carmina funditabat.
Algentis at quos potus aquæ iuuat,
Frigent eorum carmina, nec ferunt
Aetatem. Ades merumq; plenis
Heic cyathis, Nicolae, certa
Miranda seris carmina posteris.
Vterq; loco, gutture concinet,
O dulce tormentum! ô grauatis
Certa quies animis, Lyæe!
Quænam imperiti pocula quærimus
Vocalis vndæ? quod bifidi duplex
Montis cacumen somniamus?
Quam petimus fatui Hippocrenem?
Hæc Hippocrene est: vnicus hic liquor
Vates stupendos efficere eualet,
En, par pari gratus rependе.
Hoc ego te cyatho saluto.

Qua de re Poëtæ plus Bacchico furori, quàm cęteris debere, amplissimis verbis fatentur. Eschasius:

Phœbus, Amor, Bacchus, tria numina grata Poëtis
Ingenium chartis dantq; negantq; meis.

Omni

Omnia cùm referam tribus his, quæ cogito, Diuis;
Deberi Bromio plus ego confiteor.
Nam nec amem, sacras nec sollicitare Camœnas,
Nec Phœbum valeam, me nisi Bacchus agat.

28. Spiritus enim, quo Poëtæ afflantur, ab Ambrosiæ Nectarisque potu oritur, vt inquit Pierius Valerianus:

----- Nam scribere certum est;
Nec reticere queunt vates, quos cantor Apollo
Non patitur versare luctum, sed ad aurea cæli
Limina sublimes Iouis omniparentis in aula
Sistit, & ætherei monstrat consortia cœtus:
Ambrosiamq; bibens, nectarq; propinat, & illi
Magna canunt afflante Deo, mortalia ponunt
Nubila; quæq; Deum in penetralibus abdita cernunt:
Atque vbi iam ad sese rediere, insomnia mente
Attonita reputant, & quæ insperſere, reposcunt,
Et plerumq; suas non percepere Camœnas:
Vsq; adeo humanis præstant cœlestia rebus.

29. Ambrosia autem, Nectarque nihil aliut rat, quàm quinta essentia, vt ita dicam, ex pręantissimis, dulcissimis, generosissimisque vinis stillata, qua Gentilium dij pascebantur. Imò num, quod ex perfecta concoctione dulcedinem concepit, pro Nectare habetur, vt Laurenus Gryllus de sapore dulci & amaro affirmat: *inum autem cælesti spiritu æthereaq; natura donum esse, nemo vnquam negauit: quamobrem dulcedo,*

quæ vinis inest, omnium excellentißima & propè nectarea habetur. Per vina enim perfectè dulcia æthereo liquori paria, corda Poëtarum fremunt sacri furoris stimulis agitantur, cœloque sese attollunt, vt Ioannes Auratus ex Gallia Ronsard:

------ Per te Pater alme, tuæq;
Ambrosiæ saturi humanas ad sydera mentes
Tollimus: nunq; tuo curru per nubila vecti
Atque tua (mortale nefas) aspergine loti
Audemus velo nos tollere: nec Ionas alti
Horremus sacra cum dijs accumbere mensa.

30. Qua de re etiam Bacchi auxilium inuocant, eiusque se esse Poëtas apertè fatentur; Lucius Ducatius:

Bacche, Pater Vatum, viridi qui tempora Thyrso
Cingis, & insana cymbala mente quatis.
Dum tuus ad sacros Latices Aganippidos vndæ
Me furor attonitum, qua via læta rapit,
Tu mihi Pierides q; deas Phœbum q; benignum
Concilia, & facilis in mea vota redi.

Daniel Heinsius illustris Poëta Eleg. 13.

Bacche Pater tibi mansuras hîc ponimus aras,
Posteritas vatem me sciet esse tuum.

Sannazarius.

Salue cara Patris soboles mitißime Diuûm,
Salue hominum requies lætitiæq; parens.
Et faciles (si iusta peto) mihi prospice Musas:
Et me pacato numine dexter adi.

Vincentius Obsopeus:

Adj

Adſis Bacche Pater, Genialis conſitor vuæ,
Et nobis propera funde Falerna manu.
Grandia nectareo madeant carchesia ſucco,
Francica perpetuo flumine vina fluant.
Prolue vitiferos cœleſti flumine colles,
Et dignare tui munus obire Patris.

Propertius lib. 3 15.

Quod ſi Bacche tuis per feruida tempora donis,
Accerſitus erit ſomnus in oßa mea;
Ipſe ſeram vites, pangamq; ex ordine colles,
Quos carpant nullæ me vigilante, feræ.
Dummodo purpureo ſpument mihi dolia muſto,
Et noua preſſantis inquinet vua pedes.
Quod ſupereſt vitæ, per te, & tua cornua viuam,
Virtutiq; tuæ Bacche, Poëta ferar.
Dicam ego, &c.

Pachimus Mynſingerus Auſtriados lib. 1.

Adſpiraſſe ſimul doctum Titana putabo,
Et Bromium & Muſas, & cætera numina Vatum.

Sine vino enim nemo Parnaſſum aſcendit; eſt enim illud nouus Helicona.

Iaſſinus:

Vatten Volpin ſotterra, al picciol vaſo,
Cui ferro cinge, e traggi il buon liquore,
Ch' hà di topatio, e d'ambra aureo colore,
Senza cui mai oſo ire in Parnaſo.

Etenim ſobrietate quicquam præclari Poëtæ efficere nequeunt.

Et enim Martialis:

Possum nil ego sobrius, bibenti
Succurrunt mihi quindecim Poëtæ.

Neque vllius momenti est illud commune d
ctum, Poëtæ nascuntur; ideò vino eos non i
digere. Nam 1. Poeta non solùm nascitur, s
etiam fit, vt inquit Iosephus Scaliger.

Tu contra Ausonios pereleganti,
Docto carmine prouocas Poëtas,
Sic est materies boni Poëtæ,
Merx est publica, quam dij benigni
Vendunt omnibus improbo labore.
Hanc cui non lubet esse negligenti,
Docta Musico in artis officina,
Sub incude laboris vsque tundens,
Sese fabricat, & sui artifex fit:
Nec Romæ satis est fuisse natum;
Nam fit, non modò nascitur, Poeta.

Secundò, quia sine vino illa naturalis potentia &
propensio friget, nec ad actum, nisi calefacta, de
ducitur:

Ad intellectum enim actuandum vina optim
requiruntur, vt inquit Laurentius Gryllus de sa
pore dulci & amaro, *lib.* 1. Ad ingenij Medici
nam requiruntur vina præstantissima, & pluri
mum ætherea cælestisque naturæ obtinentia
Ideò Poëtæ finxerunt Deos Nectar bibere &
Ambrosia viuere, cibo potuque omnium suauis
simis; atque ideò Deos sapientia intelligentiaq
mortalibus longè præstare: & si quis mortalium

deguste

eguſtet nectar, in deorum numerum referri & uadere immortalem. Idem affirmat Arnoldus 'illanou. in comment. in Schola Salernit. c. 8.

Sciendum prætereà, quòd ingenium hominis ortis magis clarificetur & acuatur, ſi bibat vium bonum, quàm ſi non biberet, vt Auicē. 3. 1. ct. 1. c. 8. *ſcribit*. Ratio, quia ex bono vino, pluſàm ex quocunque alio potu generantur & ultiplicantur ſpiritus tenues, clari & puri. Quare Theologi in contemplatione circa altiſſia deligunt vina bona. Nam cùm ſpiritus ſint nguinis totius tenuiſſima pars, vapidumque us rorem ſui originem agnoſcāt, teſte Ioanne eurnio in Praxi Medicinæ, vt exactè elaborati nt in corde, ideam cæleſtis blandique caloris nulam referunt, lumineque vitali remanent rfuſi, omnium bonorum ſunt auctores. Etenim m ſpiritus ſuo decore fulgent, ac pandunt ſe to corporis theatro, cuncta gaudio quodam rfundunt, humanamque mentem in lætitiam porrigunt. Quare cùm vinum ſtatim iſtos ritus procreet, & etiam nectareo humore rfundat, eoſque ſplendidiſſimo lumine emicafaciat, ob omnimodam ſimilitudinem, quam id cum ſanguine habet, & ob facillimā & rentinam in ſanguinem mutationem, in præis gaudium abripit homines, inque diuerſas itias eos præcipites agit, & cordis potentiam nat, robur ſpiritib' addit, eos affluere facit, ex

hauſtoſque reſarcit, ad pulchra quæque cogitan
ac efficienda impetu quodam ſacro impelli
nam ſanguinis copia ob vinum corpus dilatur
ſurgunt ſpiritus ferè diuini, elegantiſſimi temp
rie, ac cœleſti ſplendore micantes, à quibus ta
quam à præcipuo inſtrumento anima, omn
præſtantiſſima pulcherrimaque peragit. Quan
obrem à generoſiſſimis & præſtantiſſimis vir
ſplendidiſſimi ſpiritus, omnium præclariſſima
rerum opifices progignuntur.
Se eius quoque famulos eſſe profitentur. M. An
Flaminius:

----- In otioſis ego ſacra latibulis
Faciam, aureiſq; Bacchi pia numina fidibus
Referam, nouus Sacerdos tua Liber initia
Cantabo, & iſta donec mihi vita ſupererit,
Habitabo nemora ſemper tuus Eure famulus

Neque etiam his omnibus, quæ ſupradiximu
contenti, eum in ſcyphis cęlari iubent, vt Ioan
nes Secundus ex Anacreonte:

Heus ergo, Deus agedum, calicem mihi cudit
iam nunc,
Argento benè tornato Vulcane: ſed amplum
Atque cauum, & Bacchi quantum potes e
capacem.
Inq; hoc non currus, non triſtia ſydera, ſculpe;
Non hunc crudelis, non ambiat vdus Orion:
Sed viteis mihi fac virideis, ipſumq; Lyæum,
Et Charites, blandam & Venerem, Veneriſq;
puellun

puellum.

31. Prætereà non solum Bacchum, verùm etiam Sileni asinum, qui putationem vitium adinuenit, Poëtæ quoque celebrant; eum enim inter sidera Iouis beneficio locatum esse, Arati carmina ostendunt, quæ sic sunt à Natali Comite ...nitate donata:

Hinc præsepe nota: nubes id parua videtur,
In Boream surgens, vbi fulgent sydera Cancri,
Hoc propter geminæ voluuntur lumine stellæ,
Pertenui, nec longinquæ nimis: haud tamen illæ,
Coniunctæ spatioq́; vlnæ distare videntur:
Altera fit Boreæ propior; diuergit ad Austrum
Altera: & hæ dicuntur Aselli: separat illas
In medio præsepe, &c.

...er enim eorum Asellorum est Asinus Sileni, ...maximę sunt gratię habendæ, eodem teste. ...*thiologiæ lib.* 5. *c.* 13. Non minor tamen gratia ...illi Asino habenda est, quem Naugoliæ incolæ ...ideum erexerũt, quia putationem vitium adinuenit, quàm Baccho, qui vites tantùm ostendit mortalibus. Nam nisi vitis cultura & putatio inuenta fuisset, breui totum id munus erat interitum, aut inutile futurum. Cùm igitur Asinus vitis pampinos Naugoliæ abrosisset, sarmentorum putationem vtilem esse vitibus ostendit: ...ppe cùm illa sit arbor omnium cæterarum ...midissima, pluraq́ue gignat ligna superuacanis tanquam excrementa.

Et de Sileni Asino perbellè Massinus:

Faticoso animal, humile à cui
Il vecchio ebro Sileno è lieue pondo,
Non ti doler, se non ti pregia il mondo,
Che'l ciel t'accoglie infra i bei Lumi suoi.
Benche picciolo pregio è à i merti tuoi,
Ch'eßer Pegaso à te douria secondo,
Che (tu, s'ei fonte aprio puro e fecondo,)
Vena più dolce fecondasti altrui.
Di Pampini e di tralci sol trouasti
Ricche le viti tu, coltor diuino,
Tu che troncar l'inutili insegnasti.
Al tuo ingegno leggiadro, e pellegrino
Cedà pur anco Osiri, e non contrasti,
Ches'ei nè mostrò, tu ne donasti il vino.

32. Adde etiam ipsis torcularibus, quæ vinum calcant, Leënas ob vini excellentiam fuisse præpositas.

Neque valet dicere, quòd sua Poëmata omnes ferè Poëtæ, à Musarũ, non autem à Bacchi inuocatione ordiantur. Nã potest quis vnũ ex Senatoribus alloqui, eiusq; auxilium implorare; verùm ille Senator sine totius Senatus Præside, qui omnes, omniaq; ad Reipublicę commodum dirigit, nihil efficere potest. Sic Poëtas, quãuis Musas inuocent, sine Bromio quicquam boni non decantaturos ex supradictis patet. Etenim non solùm omnibus Musis, verùmetiam & singulis antiqua gentilium Theologia Bacchum

ræfecit; vt affirmãt, Rhodiginus *e antiq. lib. 22. .2.* & Geofredus Linoceriusin libello Mythiologiæ Musarum his verbis: *Non ad aliud videtur rerri Orphei Theologia iam à multis decantata, quàm ihilominus tamen quòd ad hunc locum pertineat, afremus. Sphærarum autem cælestium ua animas partur, vt cuilibet geminam contribuat vim: vnam in gnoscendo positam; alteram in Sphæra corpore viuicando atque regendo. In anima itaque Sphæra luna-is illam vim Bacchum Licnitan, hanc Thaliam Mum: in anima Mercurij, Bacchum, Silenum, & Euerpen: Veneris, Lysium & Erato: Solis, Thritericum acchum & Melpomenen: Martis, Baßareum atque lio: In Iouis hanc Sabazium, illam Terpsichoren: Saturni, hanc Amphieton, illam Polymniam: tauæ Sphæræ Perichtonium & Vraniam: in anima tem mundi vim priorem vocat Euibromium, sendam verò Musam Calliopen: singulis porrò Musis num præfecit Bacchum, quorum is symbolicus diuie cognitionis nectare prudentioribus monstrat, &c.* x hac gentilium doctrina, Bacchum non solùm Musarum præsidem esse, sed singulis quoque mmo cum imperio præsidere; nullumque sine us calore vnquam egregiè decantaturum, euienter deducitur.

Præterea, si, vt idem cum Plutarcho & Fulntio attestatur, *tota hæc Musarum fabula, nihil ud præ se fert, quàm primum, esse, velle doctrinam; undum, delectari, quod velis; tertium, instare id,*

quod

quod delectatus es; quartum, capere id quod i
quintum, memorari quod capis: sextum, inuen
tuo simile, ad id quod memineris: septimum,
care quod inuenias: octauum, eligere de quo iu
nonum, optimè dicere, quòd elegeris. Hæc omnia
chus per se ipse commodiùs & facilius
stat 33. Quamobrem, Poëtæ Musas circa po
canere affirmant, vt Iouianus Pontanus de
liopea:

Nunc hederis sertísq; nouos innecte corymbos,
Nunc tua circundent tempora Bacche, rosæ.
Nunc viridis flauas suspendat pampinus vuas,
Ingeminetq; nouas ebria mensa dapes.
Nam mea Parnassi rediens è collibus, audet
Ludere Romanis Calliopea modis;
Inque choro iuuenum molli saltante puellâ
Sopitos longo tempore ferre sales;
Aoniumq; mouet circum tua pocula plectrum,
Euohe Bacche, canens, ad tua festa veni, &c.

Et Sannazarius Eleg. lib. 2.

Sic etenim coluisse decet Geniumq; Laresq;;
Ferte coronato thura merumq; foco.
Tuq; apio innexos dudum acceptura Poetas,
Splendida solemneis instrue mensa dapes.
Hic mihi Puniceo Pontani Musa cothurno,
Incipiat posito carmen hiare mero.

Nam qui oprimum vinum bibit, Musas quoc
imbibit, vt P. Mel. canit:

Iunge mero Charites, Musásq; fidesq; canoras;

Iun.

Iunxeris in terris quidquid honestat amor.
usta, dulce merum est: simulatq; exhauseris, omnes
Imbiberis Musas, imbiberis Charites.
dam:
on magè Pierijs crescent mea pectora flammis,
Quàm mihi scribenti, si noua musta dabis.
'oëtæ, tum quando perpotarunt, à Musis irri-
ir, vt perbellè ostendit Propertius Eleg.
..6.
andida nunc molli subeant conuiuia luco,
Blanditiæq; fluant per mea colla rosæ;
inaq; fundantur prælis elisa Falernis,
Terq; lauet nostras spica Cilissa comas.
igenium potis irritet Musa Poetis,
Bacche soles Phœbo fertilis esse tuo.
le paludosos memoret, &c.
ire non est, cur miremur, si Bacchum Poë-
m Deum finxerit antiquitas; quod quidem
sine fundamento asseruit: vt enim Ianus
nanus *lib. 1. de re vinitoria* optimè dici: *Sed*
vt copiosè Galenus docet, animi mores tempera-
m corporis sequantur, & res ipsa loquatur, ali-
a sanguinem, sanguini spiritum, spiritui inge-
i respondere. Hinc ergo fit, vt ad animum quoque
a vini porrigantur. Quia enim spiritus tam ani-
s, quàm vitales auget, non solùm ipsum corpus ad
es actiones magis expeditum reddit; sed ingenij
; vires excitat. Poëtarum igitur Deum Bacchum
ituebant veteres, ad effectiones scilicet vini re-
spicien-

ſpicientes, quòd moderatè ſumptum ingenij in mentum ſit, & facundiam miniſtret: quæ duo ſunt aptiſsima. Et huc pertinet, quod porrò S. Sethis vino tribuit: Hæc quæ prædiximus, inqu corporibus vinum agit; ſed & in anima altera quaſdam admirandas oſtendit. Lætari enim ani & bene ſperare facit, & virilem & liberalem hæc timidos quamplurimos poſt vini potionem re licet audaces, alacres, & bono animo ſpeq fieri, & qui ſordidi, liberales, qui taciturni ac pri tes, immodicè loqui.

Qua de re vinum mille trophæis dignum, numque Dei præcipuum ac ſingulare eſſe e mant, vt Ioannes Andreas Anguillara.

O vino degno di mille trofei,
Sceſo tra noi per dimoſtrarci, quanta
Sia larga in noi la gratia de li Dei.

Quare non mirum, ſi Poëtæ non ſolùm vin ſed etiam locum, in quo illud venditur, ne tabernam, vſque ad cœlum extollant, vt P Sanſedonius tota Satyra integra, qui illud H conæ fonti aſſimilat.

Ogni Poeta, & ogni gran Dottore
Hà di foglie d'alloro vna corona,
E queſta n'hà vn ramo, ch'è maggiore.
Queſto per eccellentia ſe li dona,
Et anch' ella d'honore, e punti è piena,
A punto com'l fonte d' Helicona.

34. At quæ ſuprà diximus ſatis eſſe non

t', cùm ipsammet sitim, vt multorum bono-
n & carminum canendorum caussam illustri-
encomijs concelebrent, quia ea, omnia bo-
mplexatur, vt Agnolus Firenzuola.

Gl' è pur nell' hauer sete vn grande spasso,
Et quello è veramente vn' huom da bene,
Ch' hà sete, & può ber per ogni passo.

inferiùs:

Inuidia habbiate à chi sempre hà nascosa,
Anzi attacata la sete al palato,
Ch'in quella sola ogni ben si riposa.

;.Qua de caussa non quocunque mero, sed
neroso ac veterrimo sitim extinguunt, cuius
ratio infrà reddetur. ita
tullus Epig 24.

Minister veluti puer Falerni,
Ingere mi calices amariores,
Vt lex posthumiæ iubet magistra,
Ebriosa acinis ebriosioris:
At vos, quò lubet, hinc abite lymphæ,
Vini pernities, & ad seueros
Migrate. Hic meus est Thyonianus.

iid. lib. 2. de art.

Qui properant, noua musta bibant, mihi fundat auitum,
Consulibus priscis condita testa merum.

bullus lib. 2. Eleg. 1.

Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos
Consulis, & Chio soluite vincla cado.

Et

Et lib.3. Eleg.2.

Et primum annoso spargant collecta Lyæo.

Plautus Aulular.sc.

------ *At ego iussero*
Cadum vnum vini veteris à me afferrier.

Stat. Pap.lib.4.

Iam moriente die rapuit me cœna benigni
Vindicis, hæc imos animi perlapsa recessus,
Inconsumpta manet; neque enim ludibria venti
Hausimus, aut epulas diuerso à sole petitas,
Vinaq; perpetuis æuo certantia fastis.

Martialis lib.7.Epig.78.

Potaui modò consulare vinum:
Quæris, quàm vetus atque liberale?
Ipso consule conditum, sed ipse
Qui ponebat erat, Seuere, Consul.

Horat. Ode 8.lib.3.

Hic dies anno redeunte festus
Corticem adstrictum pice dimouebit,
Amphoræ fumum bibere institute
Consule Tullo.

36. Et ob nullam aliam caussam vinum vet ebibere student, quàm quia illud est excellenti & ad pangenda carmina omnium optimum.

Sanitati quoque magis conducit, vt inquit Athenæus lib. Deip. *At mehercule vinum vetus n ad voluptatem solùm, sed ad bonam valetudinem co ducibilius est, quoniam cibum magis coquit, & partium tenuitatem facilè digeritur, vires corpo*

au

et, ſanguinem rubrum & commodè fluentem gig-
, placidum ſomnum conciliat. Quæ omnia,
ë arum & cæterorum Profeſſorum corpora
masq; magnopere iuuant. Qua de re egre-
Plautus:

Qui vtuntur vino veteri, ſapientes puto.

ius teſtimonium dedit Saluator Lucæ 5. *Ho-*
bibens vetus, ſtatim vult nouum: dicit enim; Ve-
melius eſt. Verùm de vino veteri ſuo loco.
lia etiam adduci poteſt ratio, cur Poë æ vini
eris cupidi ſint: Sine animi lętitia nemo ritè
tare poteſt. Inter cæteras autē vini virtutes,
præcipua eſt, vt quando bibitur moderatè,
ioſum ſpiritum generet, vt ait Auicenna, re-
nte Antonio Fumanello, *de vini temp. & fa-*
. ſpiritum moderata complexionis & ſubſtantiæ,
ehementis luminis & ſplendoris, vnde ad lætitiam
è diſponit, & idcircò valdè lætificat. Et Gentilis
omment lib. 1. Auicennæ Fen. 2. Doct. 3. ſumma
2. Vinum magis fortificat ſpiritum & ſanguinem
t, quàm aliud nutrimentum, propter familia-
rem, quam habet ad corpus humanum. Sed hæc
aia cæteris rebus meliùs vinum vetus præ-
ergo cum maximo fundamento Poëtæ anti-
mero delectantur.

ætereà vinum à Græco οἶνος ἀπὸ τοῦ οἴμα,
d eſt, imaginor, dicitur; quoniam qui copio-
bibunt, multa imaginari conſueuerunt: qua
e cùm mentem cogitationibus impleat, &

ſuo velociſſimo ſpiritu iuuet, Poëtas ad carm
pangenda derepentè impellit. Poëſis enim
imaginatiuam pertinet, vt experientia patet.
Ioannes Huartes in ingeniorum examine cap
docet. Quam ob cauſſam, cùm vinum imag
tiuam iuuet, eamque præclariſſimis cogitati
bus abundare faciat, nõ eſt mirum, ſi Poëtæ vi
veterrimi præſertim, auidiſſimi ſint, & aquæ,
mentem hebetat, & vino permixta, carmina
moratur, tanquam hoſtes acerrimi perpetu
bellum indixerint.

Prætereà etiam nulla alia res, vt vinum c
intellectu commercium habet, ideò ſolet eius
tentiam excellentiſſimè attingere, vt inquit
phonſus Lupeius de vini commoditatibus: *
*enim vinum, veluti ſpiritalis quædam res, magn
familiaritatem cum intellectu habet: idcircò ſolet
potentiam attingere.*

37. His omnibus de cauſſis, Baccho Pc
benè precantur.

Bouius:

Sic tibi Bacche tuis radios, concedat Apollo
Temporibus, Iuno ſic tibi donet aquas.
Obſequium nec terra neget, detq; aura fauore
Aetheris, vt ſedes, quas cupit vua petat.
Nec eius hircus comburant dentibus illam,
Sacrilegæ furum ne noceantq; manus.

38. Et ſic multialij, quos nimis longũ foret re
ſere; & iure optmo: quoniam illud vires car
ni

us elargitur, estque omnium Poëtarum pater, tà illud cuiusdam Poëtæ:

Perge Lyæe mero properantem impellere vatem,
Fortius hoc numquam calcar habere potes.
Tu facis ingenium, tu das in carmina vires,
Frigida cœlesti corda calore moues:
Tu melior Musis, tu maior Apolline, solùm
Censeo te doctis Vatibus esse patrem.

Tandẽ homine excepto, nihil præstantius aut abilius vino esse, Poëtæ iure meritò existimat, vt Obsop. his versibus affirmat:

Te melior Superis non est Deus additus, ipse
Dites, formosos, ingenuosq; facis.
Tu facis audaces animos, domitásq; feroces:
Hoc sensit Pentheus, atque Lycurgus atrox.
Ille, quòd afflicto cepta orgia rupit, furioerte
Huius te contra vir, quod iniqua stetit.
Quando tuas sæuus Nysæo in vertice Nymphas
Terruit, & trepido fert tibi Thetis opem.
Hoc Indi sensere truces nautæq; maligni,
Quos modò Carpathius per mare gurges alit.
Spe desperantes, marcentia membra vigore
Erigis, ignauos sedulitate moues.
Quamlibet informem commendas, Bacche, puellis,
Quamlibet afflicti vulnera dura leuas.
Ore tuo reficis destentes funeramatres
Natorum, & lachrymas siste Iacche mero.
Paupertatis onus graue tu portabile reddis,
Et facis ex humili splendida tecta casa.

Artes ipſe doces, infanti plurima linguæ
Suggeris è plenis verſa diſerta cadis.
Ipſe tuo dulces immittis munere ſomnos,
Ille tuus recreat corpora feßa liquor.
Ipſe ter optatæ remoraris grata iuuentæ
Tempora, decrepitos nec ſinis eſſe ſenes.
Tu potis es longæ ſpatium tranſcribere vitæ,
Currentes potis es tu retinere dies.
Ipſe facis turbam crebrò ſaltare ſenilem,
Ipſe etiam curuas ludere cogis anus.
Iungis amicitias, iungis Lenæ ſodales,
Et tuus accendit frigida corda calor.
Ipſe potes diuos in magno ſolus Olympo;
Solus & ipſe homines exhilarare potes.
Deniq; vitifluo demortua corpora ſucco
Ne valeam, ſi non viuificare queas.
Ferreus eſt, quem non tantarum commoda rerum
Et quem non animo Bacchica dona mouent,

His adde, quòd viuere eſt bibere, vt Antipha apud Athenæum lib. 1. Poëticè loquitur.

A. Heus tu? quæſo viuere quidnã eſt? Bibere, ipſe.

Laudauimus vinum, multaque Poëtis, hac tan conditione, ne ij pro voluptate, ebrietatem beant, neque ex Poëtico potu vlla damna em gant, conceſſimus.

40. Muſa ſit ebria, ſed vita ſobria, iuxtà il Obſop.

Nec me vinoſo madidum de carmine cenſes:
Ebria Muſa mea eſt; ſobria vita mihi.

Caput ſecundum.

POena mortis vitium inciſoribus ſtatuta. Vinum lapis Lydius diſcernendæ amicitiæ. Studioſis valdè opitulatur. 4. Eſt fo- ingenij. 5. Extinctio ſitis, maior omnibus cor- um voluptatibus. 6. Effectus offæ. 7. Princi- vina, non cibos procurant. 8. Vini odor poteſt am in multos dies prorogare. 9. Nullum præ- atius remedium ad colligendas vires. 10. Sene- tem mirum in modum ſuſtentat. 11. Militibus mos reddit. 12. Prudentiam auget. 13. Eſt orum omnium medicina. 14. Eſt lac infan- n & plantarum. 15. Omni hominum tempe- uræ conuenit. 16. Sine vino nihil dulce reſtaret. . Fœlices qui vino abundant, & è contrà infœlices eo carent. 18. Homines ſapientes, liberos, &c. lit. 19. Nemo vini amator, malus eſt. 20. Eſt dentiſſimum. 21. In teſtimonium honoris olim gebatur. 22. Pars animæ noſtræ. 23. Dolo- à corpore animoq; expellit. 24. Eſt triſtitiæ & arum antidotum. 25. In eo conſilium. 26. Eſt es omnis amicitiæ. 27. Natura in vinis gignen- nſatiabilis fuit. 28. Eſt potentia deorum. lla res efficere poteſt, quod vinum efficit, cùm vſq; animum, gaudium perueniat. 29. Vitis ali- ndo aurum produxit. 30. Eſt conciliator ami-

citiæ. 31. *Tractatio de vino difficillima.* 32
publicæ ærarium implet. 33. *Sanitatem cust*
34. *Vitis etiam in delictis honorata.* 35. *B*
diuinationum Deus. 36. *Tibicen sine vino di*
canit. 37. *Vitis, vita appellata.* 38. *Vinu*
tam hominis ad multos annos protrahit. 39.
vini præstantiam, varia vasorum genera inuenta,
bus aurum & gemmas inserebant antiqui. 40. *P*
lis iucundissima nomina indita. 41. *Vina cor*
bant. 42. *Sola vitis castitatem seruat.* 4
ventre repleto melius consilium capitur. 44. *N*
lus odor cum odore vini comparandus. 45. *M*
obliuionem inducit. 46. *Bacchus cordi præs*
47. *Varijs nominibus insignitus.* 48. *Diuers*
uersorum vini laudes. 49. *Nulla alia res ad lætit*
producta, vt vinum. 50. *Habet indicibilem sym*
thiam cum corde. 51. *Est humanæ vitæ nec*
rium. 52. *Thuris socius.* 53. *In sacris non qu*
uis adhibebatur. 54. *Hostia primò vino suffusa*
probaretur. 55. *Dignissimi Sacramenti mate*
56. *Ante vinum inuentum, omnia erant tris*
57. *Vinum non solùm homines, verùm etiam & I*
exhilarat. 58. *Cùm vino nulla planta conferen*
59. *Omnes arbores, vitis famulæ.* 60. *Vini nulla*
tietas, vt aliarum rerum. 61. *Vinum typus vet*
amicitiæ. 62. *Omnis hilaritatis dulce seminariu*
63. *Veri gaudij thesaurus.* 64. *Cur sanguis te*
appelletur. 65. *Vinum charius sanguine.* 66. *P*
tæ in morbis se aquam non ebibituros protestant.
67. *A*

. *Aegris vini potum persuadent.* 68. *Est summum ninis bonum.* 69. *Ipsæ cerimoniæ vinum laudant. numer.*70.71.72.73.74.75. *Cur homines è ferunt, quando vinum recusatur.* 76. *Mores Pororum in excipiendis hospitibus.* 77. *Germanorum.* . *Sua nobi i vi omnes ad sese allicit, & trahit sua uitate.* 79. *Cur natura vites, artificum operi- ineptas produxit.* 80. *Sapientia in suo conuiuio, mò vinum introducit, deinde ad comedendum inui-* . 81. *In vino ratio.* 82. *Vinum dulce probè octum, melius & suauius melle.* 83. *Est spiritus puriore sanguine geniti, fomes.* 84. *Eius calor œlesti dimanat, estquè naturali nostro maximè iunctus.* 85. *Solus eius aspectus statim ad illius tutes celebrandas, Poetas impetu quodam sacro im- lit.* 86. *Auro potabili præfertur.* 87. *Ex vino noscitur anatomia vitalis nostri sanguinis.* . *Est humanæ vitæ solatium.* 89. *Vinum nunam senescit.* 90. *Pars maxima nostræ vitæ.*

N præcedenti capite Vinum miris laudibus Poëticè celebrauimus; modò illud, homine cepto, omnia longè lateque superare, plurima grauissima argumenta explicabunt.

1. Quia Legum-latores tanti vinum estimaue-, vt vitium, quæ illud producunt, inciforibus & statoribus mortis pœnam statuerint. Text. *in* 2. & ibi Gloss. vnica. *ff. arbor. fur. cæsor.*

2. Quia est lapis Lydius discernendę amici-; Principes enim vino Aulicorum suorum na-

turas secretasque cogitationes perscrutantu vt malos eijcere, & bonos ad altiores dignitate euehere possint. Cùm enim quis est benē potu licet in ebrietatem non inciderit, maxima liber tate, & sine vlla prorsus simulatione verum suum genium patefacit, occultasque animi sui cogitationes aperit: quòd quidē Horat. in Poë. scripsit

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem prospexisse laborent,
An sit amicitia dignus.

Et vt ille:

Quale fit admotis explorant ignibus aurum,
Mens hominis vinum sana sit omne probat.

Et ad hanc rem facientia, lege nostram Polit lib. 8. c. 8.

3. Studentibus ac in literarum studia incumbentibus mirandum in modum opitulatur: nam quando ob continuam lectionem fessi sunt, vin generosi haustu vires reficiunt, stomachum corroborant, intellectum acuunt, mentem illustrant, spiritus nouos creant, imaginatiuamque promptissimam ac celerem reddunt. Qua de re, maxima laude dignus est Auicenna, qui, vt in eius vita legitur, optimi vini spumantem pateram sorbebat, & hinc inde ad libros peruolutandos hilarior reuertebatur.

4. Quia vinum est fomes ingenij & virtutis, vt ex Platonis sententia refert Macrobius Saturn. lib. 2. cap. 8. *Agite antequam surgendum nobis sit,*

t, si vino indulgeamus. Quod decreti Platonici au-
oritate faciemus, qui existimauit fomitem esse quen-
am, & incitabulum ingenij virtutis q3, si mens &
orpus hominis vino flagret. Tum Eustatius: Quid
gis, inquit suasisse: & non magis inter minuta po-
ula iucundiorem, liberaliorem q3 inuitationem, quæ
eret, sub quibusdam quasi arbitris & magistris con-
uiorum sobrijs, non improbasse? Et hoc est, quod in
rimo & secundo de legibus non inutile viris decernit.
Iam & modicis honestisq3 inter bibendum remissio-
ibus refici integrariq3 animos, ad instauranda sobrie-
atis officia extimauit: redditosq3 sensim lætiores, &
d intentiores rursus capessendas fieri habiliores: &
mul si qui penitus in his affectionum cupiditatumq3
rores inesent, quos celaret alioqui pudor reuerens,
t omnia sine graui periculo, libertate per vinum data
etegi, & ad corrigendum medendumq3 fieri opportu-
ora. Atque hoc etiam Plato itidem dicit, non diffu-
endas esse huiuscemodi exercitationes, aduersus pro-
dlsandam vini violentiam: neque vllum vnquam
ontinentem prorsus, aut temperantem satis fideliter
sum esse, vitæ non inter ipsa errorum pericula &
edijs voluptatum illecebris explorata sit. Nam cui,
ibentiæ Gratiæq3 omnes conuiuiorum incognitæ sint,
dn illarum omnino expers sit, si eum fortè ad parti-
pandas huiusmodi voluptates, aut voluntas tulerit,
t casus induxerit, aut necessitas impulerit: mox de-
iiri & capi, neque mentem eius animumq3 consiste-
. Congrediendum igitur, & tanquam in acie qua-

dam cum voluptariis rebus : cumq; ista vini licenti cominus decernendum : vt aduersus eas non fuga, nè absentia simus tuti : sed animi vigore, & constant præsentia, moderatoq; vsu temperantiam continen tiamq; tueamur; & calefacto simul refotoq; animo, si quid in eo vel frigidæ tristitiæ, vel torpentis iracundi fuerit, diluamus.

5. Quia inter omnes corporis voluptates nul la maior ea, qua sitim extinguimus. maior et iam cibo, quo fames sedatur : At proprium vin est extinguere sitim: ergo vinum maxima vo luptate homines afficit.

Quòd extinctio sitis, sit maxima voluptas Macrobius ostendit : *Nam potionis totus haustu in omne corpus simul penetrat, & omnium partiun sensus facit vnam maximam & sensibilem volupta tem : cibus autem exiguo subministratu, paulatim penuriam consolatur : ideò voluptas eius multifarian comminuitur.*

Quòd verò vinum magis sitim, quàm aqu sedet, affirmant Rasis *lib. 3. ad Almansorem*, Alex ander Petronius *de aluo sine Medic. emoll.* & mult alij ex Medicis idem asserunt. Quare Mænander accerrima siti extimulatus, potiùs vini cyathum quàm tres aquæ exsiccare voluit : *non enim vnquan aquæ tres cyathos, sed vini vnicum bibi.*

Item vinum dilutum meliùs sitim, quàm aqu extinguit : ita Hip. in lib. de salubri dieta. 30. vb ait, *quòd qui sitiunt, debent abstinere à laboribus, &*

vinun

vinum bibere aquosum & frigidissimum : quem locum cùm exponeret Galenus, dicit melius esse hoc præceptum de vino ad extinguendam sitim , quàm præceptum de aquâ, quia in vino aquoso non tantum adest frigiditas & humiditas, quæ possunt sitim extinguere; verùm etiam adest vis penetrandi à vino tributa, propter quam aqua cùm magis penetret, humectat, & consequenter sitim citius finiet.

6. Quia ex vino, offa delitiosa fit, quæ, vt vulgus inquit Italicum:

Toglie la fame e sete,
La zuppa, e fa dormire,
Ti gioua al digerire,
Ti fa puliti i denti,
Fa, che pe'l corpo vn dolce caldo senti,
E fa le guancie colorite, e liete

Et Philippus Massinus asserit, eam, calorem, colorem, spiritus, vires, eloquentiam, & gratiam gignere.

Cerer co'l buon Lieo confusa e mista
Gusta souente, che calor, colore,
Spirti, forza, eloquenza, e gratia acquista.

Et Salernitana Schola c. 54.

Bis duo vippa facit, mundat dentes, dat acutum
Visum : quod minus est implet, minuit quod abundat, &c.

Hæc commoda Vippæ, sic Arnaldus Villanouanus explicat:

Primò dentes mundat: Panis enim vino imbutus,

diutius

diutius circa dentes moratur, atque eam ob caussam faciliùs etiam fæculentam materiam ipsis adhærentem abstergit, ac consumit, quàm vinum per se sumptum. Deinde visum acuit: malos enim fumos, qui è ventriculo cerebrum petunt, suaq̃ permistione spiritus visuos obscurant, reprimit; adeoq̃ materias prauas stomacho inhærẽtes, concoquit, incidit, & deorsum pellit. Tertiò cruda concoquit, quia os ventriculi leni quadam adstrictione claudens, concoctoriam facultatem roborat, plurimumq̃ alimenti corporibus exhibet. Quartò verò vitiosorum humorum multitudinem minuit; eos enim concoquit, incidit, exsiccat, & deorsum expellit: idquè maximè si panis aßatus priùs aut super prunis exsiccatus fuerit.

7. Quia Principes vina, non cibos procurant, vt quæ eorum mensas maximè nobilitent, vinaque bona miris laudibus afficiunt, vt videre est apud Cassiodorum Var. lib. 12. 4. *Mensuræ regalis apparatus ditissimus, non paruus Reipublicæ probatus ornatus, quia tanta Dominus possidere creditur quantis nouitatibus epulatur. Priuati est habere, quod locus continet: in Principali conuiuio hoc præfectò debet exquiri, quòd visum debeat admirari: Destinet Carpam Danubius, à Rheno veniat Ancorago exormis, Tonsicula quibuslibet laboribus offeratur, Brutiorum mare dulces mittit Acernias, sapori pisces de diuersis finibus offerantur. Sic decet Regem pascere, vt a Legatis gentium credatur penè omnia possidere: & idcò procuranda sunt vina, quæ singulariter fœcunda nutri-*

Italia

ilia, ne qui externa debemus appetere, videamur
pria non quæſtuiße. Comitis itaque relatione de-
ratum eſt, Acinaticum, cui nomen ex acino eſt in
thæcis aulicis fuiße tenuatum: & quia cunctæ dig-
tates inuicem ſibi debent neceſſaria miniſtrare, quæ
tantur ad rerum dominos pertinere, ad poßeſſores
ronenſes, vti eius rei cura præcipua eſt, non iubemus
cedere; quatenus accepto pretio competenti, nullus
det vendere, quod Principali gratiæ debetur offerre.
gna planè ſpecies, de qua ſe iactet Italia. Nam licet
geniosa Græcia multifaria ſe diligentiæ ſubtilitate
nmendet; & vina ſua aut odoribus condiat, aut
arinis permixtionibus inſaporet, ſub tanta tamen
quiſitione reperitur ſimile nil habere. Hoc eſt enim
erum, & colore regium, & ſapore præcipuum: vt
ttum, aut ipſius putes fontibus tingi, aut liquores
is à purpura credantur expreßi: Dulcedo illi ineffa-
li ſuauitate ſentitur. Stipis neſcio qua firmitate ro-
ratur: tactus eius denſitate pingueſcit, vt dicas eſſe
t carneum liquorem, aut edibilem potionem. Libet
ferre quàm ſingularis eſſe videatur eius collectio.
utumno lecta de vineis in pergulis domeſticis, vua re-
vina ſuſpenditur: Seruatur in vaſis ſuis, thecis natu-
libus cuſtoditur. Rigeſcit, non liqueſcit ex ſenio, tunc
tuos humores exſudans, magna ſuauitate dulceſcit.
rahitur ad mensem Decembrem, donec fluxum eius
emis tempus aperiat, miroq́, modo incipit eſſe nouũ,
tando cellis omnibus requiritur antiquum. Hyemale
uſtum vuarum frigidus, in vigore vindemiæ cruen-

tus

tus liquor purpura potabilis, violeum nectar: deferue primùm in origine ſua, & cùm potuerit adoleſcere perpetuam incipit habere nouitatem: ſed queadmodum decet, nobilitas tanta prouocatur, deſluit, dum aqua dureſcit, fœcunda eſt, cùm omnis agrorum fructus abſcedit. Diſtillat gemmis comparem liquorem; iucundum neſcio quid illa oſtriſmat, & præter quòd eius delectat dulcedo, in aſpectu ſingularis eius eſt pulchritudo. Hoc quantocius perquiſitum, & competentibus pretijs aggregatum, Chartarijs, qui in rem directi ſunt tradite deferendum. Nec illud negligendum putetis, quòd lacteo poculo reluceſcit, quando plus eſt mirabile, quod potueritis difficiliùs inuenire. Albedo ibi decora eſt & ſerena puritas: vt illud de roſis, hoc credatur natum eſſe de lilijs. Colore quidem extraneum, ſed ſopore germanum: Aſpectus diſpar, & ſimilis in vtroque ſuauitas. Nam quod acutè, quod citò reficit, commune illis intelligitur, ſed magna eſt diſtantia, quo videtur. Illud intueris robore lætum, hoc inſpicis candore feſtiuum. Et ideò procuratio eorum debet eſſe celerrima, quando in ambobus eſſe cognoſcitur, quod pariter expetatur.

Ad quid, vir ſapientiſſimus & eruditiſſimus hoc vinum laudaſſet; poterat enim Rex conciſis verbis iubere, vt in Regiam cellã vinariam deferretur, niſi vini generoſiſſimi laudes ab omnibus eſſe celebrandas, & ſuper cætera, vina extollenda optimè cenſuiſſet. Non mirum igitur, Mezentium Etruriæ Regem, auxilium Rutulis contra

Lati-

atinos tulisse, vini mercede, quod tum in agro atino fuisset, vt apud Varronem inuenitur. Re-runt Bruyrenus de re cib. lib. 17. c. 3. Et Lucius ius Sarmata.

8. Quia vinum est tantæ potentię ac efficaci-atis, vt solus eius odor possit vitam in multos ies prorogare: refert enim Diogenes Laertius, emocritum iam senio confectum, vitam diu rotulisse, medullam panis vino generoso & agrantis odoris intinctam cùm gustasset, nari-us sæpè admouendo.

9. Quia nullum præstantius remedium ad col-gendas vires, corpusque resocillandum vino uenitur: quare valetudinarijs & conualescen-bus largiùs propinatur. *Nam reuerà nihil est*, vt iquit Hollerius in Aphor. Hipp. x 1. *quod citiùs parat vires*, de vino subintellige: *hinc est quod ulgus, cùm vult statim vires reficere, medullam pa-is optimo vino intinctam exhibet*: imò ipso cibo st valentius; iuxtà illud Hippoc. *Potu quàm cibo efici facilius est*. Et quare, potus citiùs reficiat uàm cibus, *præter eam rationem* (sunt verba Hollerij) *quam paulò antè diximus* (*quòd videlicet alor imbecillior cibo coquendo non sit satis*) *facilior st distributu & assimilatu partibus nutriendis: & ratereà naturæ est familiarior. Huius rei argumenta int, quia longè maior percipitur voluptas bibendo, uàm edendo: prætereà quia sitis longè grauiùs tole-atur, quàm fames.*

Verum-

Verumtamen non omne vini genus æqualit vires reficit, ſed rubrum cæteris præſtantius iu dicatur; vt enim inquit Oribaſius ; *Finge tr veſicas : in vnam mitte aquam, in alteram, oleum, i tertiam, vinum: plus tenditur, quæ vinum habet, quà illa, quæ aquam : plus illa, quæ oleum , quàm illa , qt vinum. Et quia ipſum vinum trifariam diuiditu eſt enim album & tenue, rubrum & medium, nigru & pingue. Hipp. modò non tenue dari iubet , ſed ru brum : quare nec illud, nec aliud? Quia tenue plus i vrinam trahitur , quàm ad nutrimentum. Nigru tardè concoquitur. Rubrum verò iubet dari, quod Ro mani centria cauponis appellant. Quid ita? Quod no in concoctione moratur, & nutrimentum corpo mediocriter miniſtrat.*

10. Senectutem mirum in modum ſuſtentat vt Maſſinus his carminibus refert:

Se non che teco à penitenza vegno,
Bacco del viuer mio ſoſtegno viuo;
Tu diſcaccia il pallor, tu le cauerne
Delle membra riempi, e de miei affanni,
Pietoſo ſana le mie piaghe interne.
Che ſe ſoccorri à me queſti vltimi anni,
Nel tempio tuo fien le memorie eterne,
De riſtorati miei ſi graui danni.

Et vt inquit Plato, *vinum remedium aduerſus ſene ctutis duritiem.* Qua de re ſenum lac quoque ap pellatur; quod quidem Silenus ſenex, Bacch comes, alumnus, & nutritor denotat; & ab Oui di

o & Virgilio Eclog. 6. poculis deditus induci-
r. Ideò Plato & Galenus ſenibus, quantum
requeant, concedunt, quòd aduentitium vi-
recaleſcat frigus, ſpirituum diſcutiatur triſti-
, bilis atræ reprimatur vis redundans, ſomni
ducatur appetentia, præfarcti recludãtur mea-
s, huiuſque ætatis ſuccumbat vniuerſa laſſitu-
. Refert Georgius Pict. ſucciſ. lect. dial. 9.

Et quamuis Valleſius natione Hiſpanus, nihil
bitretur ſtultius, quàm ſenibus caloris augendi
tia, vinum abundanter, meracum præcipuè
lulgere. Quantò enim vinum calidius eſt per
e, tanto maiori ventris ac viſcerum calore
us eſt, vt ſuperetur; alioqui à minori aceſcit,
idumque ſuccum adauget. Vnde calorem na-
alem ſuffocat, & morbos innumeros parit ac
ortem properat; tamen benè reſpondet Vin-
itius Alſacius Crucius, doctiſſimus & excel-
tiſſimus Medicus in cent. 1. de quęſitis per
ſtolam, *Valleſium eſſe intelligendum de vinis pa-
, quæ ſunt valde fortia, diuerſa omnino ratione ac
mus in Romano ſolo* (adde in alijs Europæ
is) *produci, quia vinum, vt aſſerit Galen. de
p. 4. & 2. Aphoriſ. 28. minimam, vt in ſangui-
mutetur, deſiderat alterationem; vnde puto, eue-
, vt in ſenecta ab omnibus tantopere optetur, &
im lac ſeniorum & ſanguis ſenectutis dicatur. Ideò
iq; fuit, & in ſanguinis ſignum, oblatum in ſacris
im, atque & interdum cognomento nuncupatum:*

Quamobrem scribitur Genesis 44. Lauabit in vi-
stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.
2. *Deut. Et sanguinem vuæ biberet meracissimu*
Nec non denique in Psalmis: Sanguinem vuæ bi-
runt. Qua dere senes vinum, moderatè tamen, bib
debent, cùm Plato 2. de legib. scribat illud à Deo h
minibus datum fuisse, vt senes reiuuenescant, eo
mœstarum rerum obliuio capiat. Et vt inquit Æt
Tetra. 1. serm. 4. cap. 30. *Vinum senibus vtili*
mum est; sit autem ex calidioribus natura, quale
quod substantia quidem tenue, colore autem fulu
aut flauum. Atque vinum quidem hoc maximi
bonum senibus accedit, quòd calefiunt omnes eori
partes: deinde quod serum sanguinis per vrinas p
gatur.

11. Militibus animos addit, vires adauget.
eos constantes, audaces fidosq; reddit; vt dicel
ille:

At mihi si crater iuxtà lacus atque Lyæi
Plena, & sint pingui dolia lætitiâ.
Mox vbi siccaro vini cratera repletum,
Bella canistrecis sint mihi cum pueris.
Non mare turbatum timeo, non fulgura; fidum
Audacem, intrepidum me facit esse merum.

Horat. lib. 1. Ep. 5.

Spes iubet esse ratas, in prælia trudit inermem,
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes,

Iac. Præfectus.

Imbelles ad bella vocas violentâ,

Et facis ad Martem mortemq; promptos, &c.
ud Nonnium Dionys. lib. 9. Semeles su-
rba, oratione, Bacchum Marti & alijs dijs esse
liorem ait, quia vinum milites incredibiliter
mosos reddit. Et vt inquit Laurentius Gryl-
de sapore dulci & amaro lib. 1. *Cùm verò &*
lacia & animositas cordi tribuantur, dulcia vtrũ-
præstant, vt vina generosa, & præsertim si liquor
xcipiatur: ideò Lullius liquores parabat suaues,
ntibus ante prælium dandos, vt inflammarentur,
corde confirmato fortiùs pugnarent. Et in eodem
o: *Ideò & ebrij audaciores sunt,* & animosiores
n tantùm insania & turbatione, sed corde cõ-
bati à vino. Quin & lætitia & hilaritas, quæ
uia, vt cœlesti liquore perfusa vina, sequitur,
di propria est: idcò vulgò dicitur: Vinum ex-
rat cor hominis; sed dulcia potissimùm; ne-
enim acerba austeraque id præstant. Et qui-
n de vino Maluatico ad hanc rem:

Quanto la maluagia tenga'l capo alto
Alle persone forti e prosperose,
Vse à imbrocar gran olpi, hor basso, hor alto,
a maluagia fa le genti animose,
Mette lor cuore in corpo, e col suo caldo,
L'huom si pone à imprese alte e famose.

areTurcæ cùm in aciem prodeunt, vt auda-
es & furibundi pericula minus metuant, opiũ
n vino bibunt, vt testatur Bellonius.

2. Prudentiam auget. S. Ambrosius lib. 3.

Hexam. *Deus, qui sciret, quòd vinum sobriè potatu sanitatem daret, augeret prudentiam,* &c. Estc pro remedio mortalibus concessum. Ioa Bruyerenus de re cibaria. *Vinum datum esse lil & ingenuè, vereq; fatendum atque affirmandu pro remedio atque medicina, vt animus quidem dorem, corpus verò sanitatem & vires adipiscantu*

Imò est nutrimentum, potus, & medici qua dote cæteræ res non sunt præditæ. Li Merc. de com. præs. art. med. *Vtin enim vino, tanquam vitæ maximo præstantissim subsidio, & pro potu & pro alimento, & pro medi mento.* Quod quidem est à Plutarcho de tuer valetud. *Vinum potus est suauissimus, pharmac vtilissimum, & obsonium quamminimè noxium.* à Galeno mutuatum: *Vino inest, vt sit alimenti potus & medicamentum*; quòniam non solùm refert Ioan. Liebautius in Schol. Aphor. Hip 56. *celerrimè nutrit, facilè in sanguinem vertit optimi succi est, solidas partes nutriendo humeć sitim extinguit, quoscunq; spiritus citissimè reficit, suo calore ac siccitate, suaq; mira, tenuitate & meandi celeritate plurimis corporis affectibus, pot mùm frigidis, aut humidis medetur; idquè non t tùm purum, & simplex, sed & aquæ mistione pe sum, sumptum aut admotum.*

13. Est laborum omnium medicina, vt inc Euripides in Troa: & in Bacchis:

----- Mœroris ille nubila

Fu

Fugat repletis vinea liquoribus,
Somnusq; fit mali diebus singulis
Obliuione pharmacum malo aptius.

: Tibullus.

Bacchus & agricolæ magno confecta labore,
Pectora, tristitiæ dissoluenda dedit.
Bacchus & afflictis requiem mortalibus adfert:
Crura licet dura compede pulsa sonent.

uod ab Homero confirmatur. Viro autem de-
ligato magnum robur vinum auget: idque op-
ma ratione: nam vinum & panis, vt ait Aphro-
s. in Probl. ex proprietate plus virium habent,
àm cæteri cibi ad alendum firmandumque
rpus humanum. At panis validiùs nutrit,
àm vinum, quod cùm sit aëreum & tenuibus
iritibus abundans, citò dissipatur, neque in so-
lam substantiam, vt panis potest conuerti;
iare Reg. 1. legitur; Et robur non erat in eo,
ia non comederat panem tota die illa. Vinum
rò cor lætificat. Quare, vt idem asserit, *vino &*
ne ex triticea farina, multo tempore sine fastidio vti
ßumus, alijs verò quamuis suauioribus, non tamen
e fastidio vti toties poßumus, quia secundùm natu-
m homini pro cibo deputata sunt.

14. Quia est lac infantium, quibus nutrices &
atres defectu lactis sæpè propinarunt, vt in-
it Hipp. & Angelus Baldus affirmat: eosque
aius & validius incrementum, & minoris tem-
ris spatio à vino, quàm à lacte percepisse. Ve-

rumtamen non ſolùm infantes, verùm etia plantæ citiùs creſcerent, frondes ſpargerent, r moſque ocyùs extenderent, ſi vino eorum rac ces irrigarentur, Platanus præſertim, vt in Ar thol. legitur.

Auſtro nuper humi nimium vexata procaci,
Succubui Platanus, fronde comata priùs.
At ſuperinfuſo facies mihi priſtina vino
Adfuit; hoc ſummi plus valet imbre Iouis.
Cumq; propinqua ſuo iam robore deficit arbor,
Hauſto conſpicior læta viuere mero.

Plinius enim lib. 12. cap. 1. arbores vinum bibo re, ex eoque radices magis firmari & adoleſcer ſcribit.

15. Quia nulla res inuenitur, quę omni hom num temperaturæ conferat, vt vinum: *Vinu enim competit calidis, quia choleram euacuat: & hu midis, quia humiditatem temperat, & maturat: c frigidis, quia ad temperaturā reducit: & ſiccis, qu humectat & lætificat, & ideò competit communi con plexioni*, ſcribit Gordon. lib. 1. de conſ. vit. hun ex Galeni ſententia: & Arnaldus Villanouanus *Ipſum quidem ſumptum, vt expedit, omnibus eſt con ueniens ætatibus, temporibus, regionibus; ipſum nam que eſt conferens ſenibus, eò quòd eorum ſiccitati ob uiat, medicina; iuuenibus verò cibus, ex eo, quòd na tura vini, naturæ iuuenis eſt ſimilis; pueris verò cibus in eo quòd auget ipſorum calorem, & nutrimentun*

m

edicina verò, quoniam eorum, quam de vtero con-
uxerunt, humiditatem deficcat. Nullus autem Phy-
orum in ſanis eius vſum vituperat, niſi ſecundùm
antitatem. Sapientes autem aſſimilauerunt theria-
magnæ, quoniam ipſum eſt rerum contrariarum
ratiuum, &c. Et hîc notandum eſt vinum
rſe ſolum facere, quod antidota ex plurimis
gredientibus conflata, vix efficere poſſunt;
mpe contraria operari: ſed non ſolùm natu-
ia, verùm etiam nec quæcunque artificialia vi-
poſſunt comparari, quod per ſe ipſum ſolum,
idem inquit, gaudium inducit melius omni
a re.

16. Quia ſi mundus pretioſiſſimo vini liquore
reret, mortalibus nil dulce reſtaret, vt ait Euri-
des:

Obliuionem palmitem mihi dedit:
Si vina tollas, & Venus ſtatim perit,
Ne dulce quicquam reſtat hinc mortalibus.

num enim calorem, qui ad ſobolem procreân-
m requiritur, fouet & auget; ſunt enim panis
vinum, vt inquit Oſualdus Crollius *in baſilica*
ymica, ſuſtentationis præcipua fulcra, & pro-
ationis media ſingularia, quia ſine Cerere &
ccho friget Venus.

17. Quia illi felicíſſimi ſunt cenſendi, qui vino
timo & generoſiſſimo abundant, vt inquit
iabrera:

Qual' il mondo haurria dolcezza,

La richezza,
Senz' hauer questo tesoro?
E non son tutti felici,
I mendici,
Se son ricchi di quest' oro.

Et è contra infelix infortunataque est ea gleba quæ hoc Nectar terrenum non producit, vt idem Poëticè fingit.

Fortunato, e suenturato,
Bestemmiato è quel terreno,
Nel cui sen non si produce,
Questa luce,
Questo nettare terreno.

18. Quia vinum, hominem intrepidum, placidum, sapientem, liberum, bonæ spei, & ab omni timore alienum reddit, vt Plato 4. de leg. probat: *Vini potio statim virum seipso magis, quàm priùs placidum efficit, & quanto plus de ipso gustauerit, tanto ampliori bona spe impletur, & maiorem à se ipso opinionem concipit; & tandem talis, vt qui sapiens sit, omni dicendi fiducia & libertate plenus sit, ab omni item timore alienus est, vt quiduis intrepidè dicat & faciat.*

19. Quia nemo homo, amator vini malus est. *Bacchus enim domitor versari non gaudet cum viris improbis, neque cum imperitæ vita*, ait Alexius.

Quia vinum cæterarum arborum, plantarum stirpium ac herbarum semina continet: *Nam Apuleius in Præcept. rusticis, quod Collectaneorum 2*

apu-

ud Græcos adnotatum comperi, vino conspergi se-na, ne ægrotent, aut ægrotent minùs. Rhodiginus ct. antiq.

20. Quia vinum est res suauissima, gratissima prudentissima, vt inquit Diphilus Comicus, id-, tales compotatores reddit:

O Bacche, cunctis prouidis gratißime,
Quàm dulcis, & Dionyse prudentißime,
Nam maximè facis viros & sordidos,
Hinc esse prudentes, & idem mox facis, &c.

21. Quia in maximi honoris testimonium, in incipibus virisque illustribus excipiendis, anti-ii, vina spargebant, vt inquit Democares lib. 1.

20. *Athenienses Demetrium ex Leucade Corcyraq; henas venientem, non solùm fumorum odoribus ronisq;, ac fundentes vina receperunt, &c.* Idem pompa Ptolomæi Philadelph. affirmat. Et andri, Germaniique in signum honoris vel re-rentiæ, Principibus, Legatis & viris illustribus na honoraria donant.

22. Quia est pars animæ nostræ, vt Poëticè, namuis non sine mysterio Stephanus Paschaius fingit.

Dixerunt tignum domus, & quo vinea constat,
Hinc tigni cuncti formula prisca fuit.
Quàm pulchrè iuris vetus id prudentia cauit,
Cui ratio vini, non secus atque domus:
Multa domus nobis, sed profert vinea plura,
Namq; domus vitæ est, vinea pars animæ.

23. Quia dolores à corpore animoque prof gat, vt enim Chiabrera:

Hor se mai t'aßal dolore,
Arma il cuore
Di bel canto, e di buon vino.

Ianus Arnisius Suardino, amico suo scribens:

Sic te Bacchus amet, semperq; tuamq;
Cellam fulciat optimo Lyæo.
Suardine bone, quem amant Camœna,
Atrocem mihi depulit dolorem,
Illud nectarem tuum Phalernum,
Nam bibi simul eiulans, receßit
Toto è pectore languor, & deorum
In conuiuia sum repentè missus, &c.

Et vt ille:

Omnes mortali pellit de corde dolores.

Pontan. lib. 1. Arri.

Vino pelluntur tristes de pectore curæ:
Hic liquor ingrato corda dolore leuat.

Et Ioan. Ant. Taygetus:

Qui potes humanos solus lenire dolores,
Qui rigidos flectis, sacrilegosq; domas.

24. Est tristitiæ & curarum Antidotum. Geor gius Pictorius conuiu. lib. 1. *Si igitur proficuum duxeris, secedemus à Sole in vmbram, vt sumamus amicum vinum, præcellens in curarum tristitudinum q; antipharmacon.*

Sannazarius eleg. lib. 2.

Tu mihi sancte Pater mordaces exime curas,

Nubilaq; annoso pectora solue mero.
Tu mihi securos adige in præcordia somnos,
Afflatuq; iuua lumina fessa tuo.
rgil. Æneid. 6.
---- Lethei ad fluminis vndam
Securos latices & longa obliuia potant.
orat. Carm. od. 13.
Illic omne malum vino cantuq; leuato.
:m Sat. lib. 2.
Nunc vino quærens, nunc somno fallere curas.
25. Quia in mero est consilium, vt inquit Mu-
;us:
Vt imbre tellus, sic riganda mens mero;
Vt illa fruges, hæc, bona consilia efferat.
Xenophon in Sympo sio: *Reuerà enim vinum*
ans animos, curas quidem velut mandragora so-
hilaritates autem velut oleum flammam, exsitat.
ıa de re Persæ abstemios à consilijs reijcie-
nt, quia firmiora consilia esse, quæ à bene po-
dantur, quàm quæ à ieiunis, iudicabant.
26. Quia vinum est fomes omnis amicitiæ, vt
quit Georgius Pictorius sermon. conuiuial.
.5. *Nam optimum vitæ condimentum arbitror,*
d omnis sodalitas, omnisq; in vinum conuentus
o constet; & sic contigit vino, vt rectissimè quis-
s fuerit, dixisse putent, Vinum omnis amicitiæ so-
em esse, veramq; Sodalitatis metropolin.
27. Quia natura in frugibus, fructibus & eius-
di ad vitam necessarijs obsequiosam, sed in

vuis

vuis vinisque gignendis se insatiabilem ac i
comparabilem præbuit. Plinius lib. 14. c. 1. G
nera vuarum innumera atque infinita esse apud pr
cos proditum est; quippe quæ totidem sunt, quot ag
quamquam & culturæ cum natura maxima pori
est. Magnitudine quædam vites inter arbores numer
bantur, vt simulacra, statuas ac pateras ex vna vi
confectas legamus: & Mentaponri, Iunonis templu
vitigineis stetisse columnis. Et Dianæ Ephesiæ scalis vi
vite confectis. Nec est ligno illi æternior natura (du
tamen inquam illi vegetatio non desit) & altitudi
nullo fine crescunt, vt vna vitis Romæ in Liuiæ A
gustæ porticibus, subdiuales deambulationes adumbr
uerit, eademq; duodenis musti amphoris Cadis nost
tempore fœcunda. Aliæ improbo reptatu, amplo discu
su atria media implent: aliæ tamen breuitate modi
hominis, sudibus hærent, vineæ quam faciunt. Ali
artus suos in se colligens, crassitudinem breuitate pa
cit, vt in Prouincia sine vllo stent pedamento, etia
nostra ætate; & quales in Sicilia descripsimus sub Ca
meratæ regione crassitudine ad vnius hominis an
plexum & inauditæ fœcunditatis, vt denæ singulæ di
lium musti reddant: aliæ eodem Plinio teste, herba
rum modo vagantur per arua & succum terræ pa
sim bibunt, semperq; pastinatis similes ad magnitudi
nem infantis crescũt, vt in interiori Africæ parte, &c
Et vt inquit ipsemet Bacius. Imò visa est natura
vuarum gratia incomparabili abblandiri *quoqu*
morsui commanducantis: cortice tenui & æquabili
pulpa

pa dentibus, & linguæ, & quæ suauiter per totum
ideant se diffundere ori ac palato. Et vbi cætera
ges escariæ, sua habent tempora ac locum in mensa,
aliæ in prima tantum mensa sint gratæ, vt
us & complures, fugaces propterea vocati fructus:
æ in fine tantùm exspectantur, vt pomaria ac mala.
per cæteras vuæ præsertim escariæ, blandissimæ & in
ma mensa vtiles habentur; in secunda, & in tota
nsa, non alia plerique boni gustus expetunt, escarum
blandimenta nec bellaria. Vtiles pro ientaculis, in
indio, merenda, & cœna; comitantur & comessa-
nes nocturnas, & extemporariam laboribus le-
unt sitim, Autumno, Hyeme, & Vere & omni
npore: & quod maius est, aliquibus locis in totam
am æstatem, & sine noxa seruantur vtiles.

Innumeras eiusmodi meditor in vinis naturæ præ-
gatiuas, quas Metaphysicales in cunctis rebus, ac
entificas appello speculationes, easque enarranti in
tremum excresceret volumen. Et paulò post:
Hos quidem præter Gallica & Hispanica, & Rheni
na, quorum insigniora recensuimus, innumeraque
ia relicta supponimus; ex solis Italicis diuersa com-
ehendimus genera. Vnde computatis, quæ ad nostram
nperuenerunt notitiam, vel etiam transegimus;
m eiusdem Plinij tandem censura concludimus, sine
mero reperiri vina, totidemque esse vina, quot agri:
l si verum fuerit, eodem teste, asserere, quòd mun-
us finitus, infinito similis, & naturam præcipuè in
oducendis vinis fatemur infinito similem, &c.

28. Quia

28. Quia Æsclepiades vinum Deorum potentiam esse affirmauit; & sine eo cunctæ voluptates frigent, Ioanne Aurato teste.

----- Frigent sine teq̃ tuoq̃ furore
Dulci gaudia cuncta, voluptatesq̃ iocosæ;
Quin locus ipse, epulæ celebres, hilaresq̃ choreæ
Te comitantur: abit mœror, curæq̃ molestæ,
Sollicitiq̃ metus quocunque obuerteris ora,
Nubibus aduersas Boreæ fugientibus auras
Ocyùs ac leuiùs. Quid plura annectere pergis,
Tu nodo violente ligas hominesq̃ deosq̃
Sub Thyrsum imperium q̃ tuum: tua magna potestas,
Ac metuenda nimis, qui cunctos cogis, & ipse
Cogeris à nullo; queis enim te cogere possit?

28. *Quia in toto orbe, nulla arbor, herba, nec vllus penitus condimenta, nulla aromata, nullæ res, aut confectæ hoc efficiunt, quod vinum homini; vt non solùm corporeas vegetet partes, verùm etiam cùm phantasiam cogitatiuam q̃ facultatem coadiuuet, etiam ad animam fermè intellectiuam penetrare videatur, dum organa affixa adeò probè disponat, vt hilarem faciat, illustret, atque ipsam etiam corroborem memoriam, vnde intellectus suas functiones exercea illustriùs, si à sapiente morigeratoq̃ viro sumatur omnes enim humores adæquat: ideoq̃ dixit Plato in Thimæo, Vinum calefacere hominis corpus simul & animam.* Simon Maiolus in diebus canicul colloq. 21. & infrà.

Et sanè nulla res inter quascunque creaturas vn-
am reperta est, quæ ad vsque animam ipsam, gau-
m valeat inferre: vnde hoc vino singulare est mira-
um. Et inferiùs:

Cùm igitur in hac vna planta, tot sint simul mi-
ula, nescio quid in illa diuinum inest; propterea q̃
lli comparat Dominus noster, cùm dixit: Ego sum
is vera; *atque ex vino Eucharistiæ Sacramentum*
stituit: ita enim vini transsubstantiatio fit in
guinem Christi, vt panis transsubstantiatio fit in
ous eiusdem Christi. Concil. Trident. *sess.* 13. *c* 2.
priscorum Patrum doctrinis, tota ita credente Dei
clesia.

29. Quia aliquando vitis aurum producit.
m iuxta Sirmium Pannoniæ vrbem, vt refert
pt. Fulgosus lib. 1. cap. vlt. interdum in vitibus,
preoli inesse reperti sunt veri aurei, confecta-
e est ex eo auro, pecunia: quod ipsum multi
e præstantes viri temporibus nostris videre;
llud negare nimium impudentis hominis ha-
atur. Refert Gaud. Merula lib. x. c. 27. memor.

30. Quia ad conciliandam amicitiam pluri-
ìm valet, vt Athenæus Deip. 5. scribit: *Videtur*
em vinum ad conciliandam alliciendamq̃ ami-
am, vim quandam habere, vt quòd animum dif-
dat atque calefaciat. Quamobrem non anteà, qui
nt, rogabant, quàm bibissent: sed gustato iam vi-
hospitij ius & fidem honorantes potiùs, quàm pri-
tim hospitium singulos.

32. Quia

31. Quia si ardua & difficilia in scientijs nol litatem præseferunt, vinorum tractatio est o nium difficillima, vt inquit Pliniuslib.14. *Nu pars est difficilior tractatu aut numerosior, & generibus singulis differere, immensum & inexplic bile est*, &c.

32. Quia vinum Reip. ærarium implet. Ne Veneti ex annuo vectigalium censu Cretici vi quod ex Creta Insula extrahitur, centum mil ducatorum in suos thesauros quotannis reco dunt, & vbique locorum maximum lucrum vini vectigali Principes percipiunt.

33. Qu ia vinum sanitatem, quæ omnium r rum op ima censetur, reddit & custodit, i Isaac in dietis lib.3. *Vinum bonum dat nutrime tum corpori, sanitatem reddit & custodit, si accipit vt oportet, & quantum natura sustinere valeat; c gestionem confortat stomachi; & etiam secundas quæ est in hepate. Calor eius est similis naturali cal ri, citoq; conuertitur in naturalem & mundißimu sanguinem: turbidum quoque sanguinem clarifica & aditus totius corporis, maximeq; venarum ap rit, & mundificat; hepatis mundificationem aperi tenebrositatem aufert, fumositatem tristitiæ g neratiuam à corde expellit, totiusq; corporis men bra corroborat: sed & animam ipsam fa obliuisci tristitiam, & angustiam, laborem & dol rem, datq; ei lætitiam & audaciam, ingenium subtilius reddit. Igitur conueniens est omnibus ætat*

bu

,& omnibus regionibus, si tamen sumatur secun-
n sui quantitatem ac naturæ possibilitatem: calé-
it corpora frigida & infrigidat calida: sicca hu-
ctat, & humida extenuat: eius tamen calefactio
deficcatio est naturaliter humectatio, & acciden-
ter infrigidatio: quia cum sui subtilitate & per-
itione portat aquam ad membra, qua necesse est
igidari & humectari. Paulus Ægineta: Vi-
n calorem genuinum refocillat: vnde concoctio me-
& sanguis probus euadit; cibum per omnia corpo-
nembra, vt quod facilè penetrat, deducit. Quam-
m ex morbo emancipatos reficit, corpusq; ipsorum
et; etenim cibi cupiditatem facit, pituitam exte-
t, bilem per vrinam educit, & bonum colorem
iliat, animo lætitiam cum voluptate parit, & ro-
adijcit. Haly in libris Reg. dispos. Vinum
rem naturalem cōfortat, humores cholericos tem-
t, purgans per sudorem: membra dura hume-
, appetitum iuuat & digestionem: ventositatem
que soluit, oppilationem aperit, melancholiam mi-
t: & hæc maximè facit his, qui temparatæ com-
ionis sunt, & inclinantur ad frigidum, si medio-
r sumatur. Et Rasis ad Alm. Vinū, sto machū &
r calefacit, inflationem dissoluit, & cibum digerit,
am prouocat & ventrem soluit: præter hoc, &
ri & gaudere animam facit: & hunc vltimum
tatis eius modum nondum inuenimus, quod sup-
t vicem eius.

Et cum his, multi alij, primæ classis Medi-

ci, quos non est necesse hîc recensere.

34. Quia milites Romani vite sola, non vi antiquitus verberabantur, vt Rhodiginus cap. 33. *Quibus mox tantum accesserit honor, vi iam in delictis pœnam honorarent, quoniam vete supplicijs lege Romana sancitum, vt ciues non vi euerberarentur, sed vitibus. Quod à L. Floro ac Liuio lib. 57. relatum scio; & à Scipione Afric qui Numantiam sustulit, seruatum; sed & Lucil Centurionem ioco militari cognominatum, Cedo a ram, Tacitus scribit, quòd fracta vite in tergo mil alteram clara voce, ac rursus aliam poscebat. Me nit supplicij in Galba Plutarchus. Nam & Macro vitem appellat centurialem.* sed aliter id interp tatur Ioannes Murmell. in annot. in carm. B Mantuan. *Nam ex vite erat baculus, non ex alia bore, ne seueriores haberentur, saltem in conciues; alios virgis cædere licebat.*

Quia cuius potentiæ sit vinum, illud Asc piadis, quod memorat Plinius, ostendit, c potentiam vini, vix potentiæ Deorum æq posse arbitretur.

35. Quia diuinationum Deus, creditus B chus ab antiquis, vt testatur Euripides in B chis:

Deusq; vates est: furor nam Bacchicus
Vim vaticinandi ritè plurimam tenet.

Imò apud Lugyieos in Thracia, habita sunt teris oracula veriora, quia ex plurimo m

suu

npto reddebantur.

36. Quia tibicines ſine vino difficulter ca-
e poſſent, cuius clangor cauſſa eſt, vt milites
moſiùs cum hoſtibus confligant, armis decer-
t, & cum ferocitate atque audacia in prælio-
n contentione exultent. Qua de re interroga-
à quodam Anacharſis, an in Perſia tibicines
enirentur, reſpondit; ne vitis quidem, ſcilicet
, innuens non poſſe tibicines eſſe, vbi vina
n producuntur.

37. Quia planta, à qua vinum exprimitur, vitis,
ſi vita à veteribus fuit appellata, vt inquit
tthiolus in lib. 5. Dioſcoridis. *Cùm profectò vi-
n ſit liquor omnium ſuauiſſimus, præcipuum hu-
ne vitæ bonum ac præſtantiſſimum ſubſidium, vi-
um ſpirituum regenerator maximus, ac omnium
oris tum facultatum, tum functionum inſtau-
r optimus, cor lætificet tueaturq; ſummopere,
i mirum eſſe debet, quod plantam, quæ fructum
ex quo vinum exprimitur, vitem, quaſi vitam ap-
uerint veteres.*

8. Quia optimum & generoſum vinum, vi-
hominis ad multos annos protrahit; etenim
d hanc rem egregiè Matthiolus:
*Quapropter fæliciſſimè ſuam tuentur ſanitatem,
egiones incolunt, in quibus optima vina proue-
nt: quemadmodum in Goritienſi comitatu, vbi ſa-
neroſiſſima vina naſcuntur, nimirum Pucinum
, antiquis adeò celebratum, necnon Vipacum illi*

bonitate proximum. Hæc quidem parcè modej pota ad tuendam ſanitatem mirificè conferunt. quod ipſe experientia in me facta comperi, atque nibus in genere teſtari poſſum: nam cùm multis annis, diuturnus ventriculi dolor malè me habuj quem totius corporis imbecillitas conſecuta erat Pucini & Vipaci tantùm vſu, me priſtinam me ſanitatem & integrum robur adeptum eſſe certò j Ob id ergo mirandum non eſt, ſi Plinius magnis lau bus prædicauit Pucinum lib. 14. c. 6. vbi ita ſcripi reliquit: Liuia Auguſta octuaginta duos annos v Pucino retulit acceptos, non alio vſa. Gignitur in Adriatici maris, non procul à Timauo fonte, ſa colle, maritimo afflatu, paucas coquente ampho nec aliud aptius medicamentum iudicatur. Hoc crediderim quod Græci miris laudibus, Pyctanum pellauerunt ex Adriatico ſinu. Hæc Plinius. Ce certè teſtimonio planè ſubſcribunt ruſtici Iapidia colæ; quippe cùm ij, vinis Pucino cognatis in quotid no potu vtantur, rariſsimè ægrotant, & longæu admodum vitam traducant, adeò vt plurimi r riantur, qui nonageſimum & centeſimum ann attingunt Eſt autem vinum hoc, tenue, clarum, li dum, colore aureum, odoratum, guſtuiq; gratiſsimu

39. Quia antiqui ob vini præſtantiam ac pra cæteras res eminentiam, varia potoria va vt cyathos, calices, crateres, pateras, canthar phialas, ſcyphos, culullos miro artificio ac ſum inuenere, atquè ea gẽmis & cælatura prætioſi

ant, etc. im t refert Baccius: *Materiã in scy-*
superabat opus manupretijs, quod in Plinio lib. 33.
restituit P. Craconius Toletanus (Cælatura ma-
ttura vulgò) L. Crassum duos scyphos habuisse
ntoris manu cælatos, in singulas libras argenti sex
libus sestertijs emptos. Et cap. xij. *Zopirus Areopa-*
iudicium Orestis in duobus scyphis cælauit sester-
xij. millibus æstimatis: inter quæ, scyphus Ne-
is, maximus omnium est habitus. Andreas
iatus ita eum describit:

Nestoreum geminis cratera hunc accipe fundis,
Quod grauis argenti massa profudit opus.
Clauiculi ex auro; stant circum quattuor ansæ,
Vnamquamque super fulua columba sedet.
Solus eum potuit longæuus tollere Nestor,
Meonide doceas, quid sibi Musa velit?
Est cœlum scyphus ipse, colorq́; argenteus illi,
Aurea sunt cœli sidera clauiculi.
Pleiadas esse putant, quas dixerit ille columbas,
Vmblici gemini magna minorq́; fera est;
Hæc Nestor longo sapiens intelligit vsu:
Bella gerunt fortes; callidus astra tenet.

Sacra quoque Scriptura legitur, Salomonem
phos, & vrceos habuisse ad vina fundenda.
t in ijs quoque Historias aut curiosa conspi-
e cælata, antiqui potatores volebant. Virgil.
neid.

Ingens argentum mensis, cælataq́; in auro
Fortia facta patrum.

Sil. Ital. lib. 20.

----- Non cœna ministri
Turba gregis, posuisse dapes, his addita cura,
His adolere focos, his ordine pocula ferre;
Nec non & certis struitur, aspera mensa,
Pondere cælati fulgent antiquitus auri.

Corripupus Africanus lib. 3. num. 3.

Ipse triumphorum per singula vasa suorum,
Barbarico pretiosis historiã fieri mãdauerat au

Nec ijs contenti, auro gemmas inserebant an qui. L. Apulæius lib. 2. vt refert Thomas Dempsi rus lib. 2. antiq. Rom. c. 30. *Pueri calamistrati p chrè indusiati, gemmas formatas in pocula vini vetu frequẽter offerre. Plinius acerrimus insanientis luxu hostis in præfat. ad l. 33. Nec hoc fuit satis, turba ge marum potamus, & smaragdis teximus calices, temulentiæ caussa tenere Indiam iuuat, & auri iam accessio est. In immodico Cleopatræ lvxu, q Cæsarem excepit.* M. Lucanus lib. 10. Pharsal.

Non mandante fame, multas volucresq; fera,
Aegypti posuere Deos, manibusq; ministrat
Niliacas crystallus aquas, gemmæq; capaces
Excepere merum.

Virgil, lib. 2. Georg.

Hic petit excidij vrbes, miserosq; penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

D. Paulinus de vita D. Martini lib. x.

Pocula funduntur gemmis, gemmisq; bibunt

Ouid. lib. 8. Metamorph.

I

In gemma posuere merum.

atius lib. 1. Theb.

---- *Nec cura mero committere gemmas.*

40. Multi quoque magnates ac illustres viri, gulis poculis, pateris, cyathis, calicibus, &c. æstantissima & auditu iucundissima nomina dunt. Etenim vnum Nymphæ, alterum Doicellę seu Damiselle, hoc nauis, illud vnionis, & de singulis, in conuiuijs, prandijs, cœnisque fainiaribus nomine appellitant; ad quod fortassis nus Gruterus allusit:

Ecce tibi pateras, summi testamen amoris,
Ecce quibus præsens sim tibi simq̃, tuis,
Hæc clypeum Martis dici queat, illa Lyæi,
Vtraque biforma terrificante foret.
Monstra marina quidē cernas ibi, sed tamē ore,
Quæ tetricum spirent, sanguineumq̃, nihil.

t Sabini Poëtæ crater, Philotesius idest crater noris dicebatur.

Tantum vndis innare velint dulcibus ergo
Tu Gulielme ipsis desuper adde merum,
Ille ministrabat Musarum nectar alumnis,
A quibus & crater dictus amoris erat.

n eodemque prandio seu cœna, potoria vasa utant: modò enim in vno cyatho, modò in io, vt scyphorum varietas maiorem in bibendo oluptatem conciliet, sibi propinari iubent.

41. Verumtamen non solùm ijs contenti ierunt antiqui, verùm etiam vino, tanquam

ſummo omnium rerumRegi coronas addeba
Virgil.lib.1.Æneid.

Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronam

Et lib.3.

Dum Pater Anchiſes magnum cratera core
Induit, impleuitq; mero, diuoſq; vocauit
Stans celſa in puppi.

Et Tibullus.

Aut Veſtæ ſacris tendant vmbracula ſertis,
Vincta coronatus ſtabit & ipſe calix.

Quem morem ſecuta eſt poſteritas, quæ adh
in ſolemnibus epulis, vinum ſupremi honoris
iucundiſſimi ſaporis gratia, bugloſſæ floribu
pimpinella, roſis, auro, gemmisque coronat.

42. Quia viis, ex qua vinum exprimitur, int
cæteras arbores caſtitatem ſeruat, ſolaque, ca
appellatur, iuxta illud:

Nolo thoro iungi, quamuis placet eſſe marita
Nolo virum thalamo, per me mea nata prop
go eſt.
Nolo ſepulchra pati, ſcio me ſubmergere terra

Verùm ſolus Theophraſtus aſſerit, vitem fic
nubere, vnamque ex ambolus molem confic
variosque inde fructus produci.

Sed Conſtantinus de Agricult.lib.4.c.1. his ve
bis id negat. *Quidam etiam ficum vitibus conu*
nientem eſſe affirmant, quod non ita habere experien
tia conuincitur. Quapropter præſtat ficus foris in an
bitu circumplantare.

44. Qu

43. Quia in vino est consilium; hoc enim à
entre repleto meliùs capitur, vt enim inquit
lutarchus in Symp. VII. quęst. 9. *In cœna, quam*
bis Nicostratus præbebat, disputabamus de argu-
ento, quod Athenienses erant in concione tractaturi.
cùm quidam diceret, nos Persicum sequi morem,
ii consultauimus inter pocula, excipiens verba eius
laucias: Qui magis, inquit, Persicum, quàm Græ-
m. Fuit verò Græcus, qui dixit:

Consilium meliùs capietur ventre repleto.

ræcis quoque cum Agamemnone Ilium obsidentibus,
ım ederent ac biberent, cepit

Consilium sapiens primus tum texere Nestor.
ùm quidam hac ipsa de causa auctor regi fuisset, vt
astantissimos ad conuiuium inuitaret Iliad. v. 70.

---- Tu cœnam senibus præbe
Collectis multis, qui consulent optima, pare.

aque etiam Græcia, quæ plurimis vsa est bonorum
stitutorum generibus, & maximè à prisca gente
urpatis, in vino eorum collocauit primordia. Nam
uæ apud Cretenses Andreeia, quasi virilia, apud
partanos Phiditia quasi frugalia, quondam erant,
co arcanorum consiliorum, & consessus Optimatum
erunt. Sicut puto etiam, quòd hic est Pryataneum &
hesmothesion; neque procul hinc abest Nocturnus
ud Platonim conuentus præcipuorum, ac Reipubl.
erendæ grauissimorum virorum, in quem res maxi-
ıæ, & deliberationem requirentes arduam reïciun-
ıtur. Qui auten vltimò

Mercurio libant, cùm iam dare corpora somn
Est animus.

Nonne coniungunt cum vino rationem, quando
præsenti & vna dispicienti prudentißimo Deo, vo
faciunt iam discessuri. Antiquißimi verò ipsum Ba
chum, tanquam nihil Mercurij egentem, Eubulen, h
est, bonum consiliarium, & eius gratia noctem, E
phrosinem, quasi prudentiæ aptam appellauerunt. I
quæst. 10. pulcherrima is ad hanc rem facienti
loquitur:

Nam sicut verisimile est, sensum ad vtilia potiù
quàm elegantia conuerti: ita etiam cogitation
Neque ducar ego admiratione, si vino occupatum, al
quid rerum Philosophicarum subterfugiat animun
sed eundem ad considerationes rerum agendarum au
catum colligere se, & prudentia augeri probabile e
Ita Philippus, cùm Chaironeæ per ebrietatem mul
nugaretur, esset q̃ ridiculus simul, atque de pace e
fœdere ei oblata est mentio, vultum composuit, super
cilia contraxit, electiq̃ animo vagis, & lasciuis m
tibus admodum benè deliberatum, ac sobrium Athe
niensibus responsum dedit. Sanè aliud est bibere, aliu
inebriari: & qui ita abbibunt, vt iam delirent, e
censemus debere dormitum se conferre. Viri autem
cordati non est, quòd metuamus, ne si largius sese pot
inuitent ac conuiuia protrahant, ratinris aut periti
suæ detrimentum patiantur; cùm histriones aut ci
thariſtæ superueniunt; nihilo enim deteriùs in conui
uijs, quàm in theatris se gerent; quippe peritia insit
cor

pus quoque ſuis actionibus integrum, ac motus ani-
rectè comitans præſtat. Multis quoque proteruita-
,qua audacia adiuuari ſolet merum, infecit, non
pudentem eam neque immodicam, ſed gratioſam
probabilem; ſic etiam Aeſchilus fertur potus ſuas
ipſiſſe Tragœdias, omneſq; eas Bacchi fuiſſe, ſecus
àm Gorgias, qui vnum de Aeſchili dramatibus
:ximum (quod inſcribitur ſeptem ad Thebas) Mar-
fætum dixit. Nam cùm, vt Plato ait, vinum vnà
n animo corpus calefaciat, agile reddit hoc; meatus-
perrumpit, viſis cum audacia cunctis, ſermonemq; 3
ripientibus. Nonnulli enim ingenio ad inuenien-
m apto, ſed dum ſobrij ſunt, minus audaci & quaſi
ncreto, quando ad pocula ventum eſt, thuris in mo-
n à calore correpti exhalent. Enim verò metum,
o nulla alia res magis impedimento eſt conſultanti-
:, vinum profligat: multas etiam alias adfectiones
berales & degeneres extinguit, & malignitatem,
ſimultates, tanquam duplices animi (vt ille ait)
cas explicat, ac verbis omnes vtriusq; 3 generis in ani-
defectus detegit. Ad hæc libertatis dicendi ac, per
n veritatis fœcundißimum eſt vinum, quibus ab-
tibus nihil peritia, nihil iudicis ſollertia prodeſt:
multi vino obſequentes potiùs præclarè conſulunt,
àm ſuam ſententiam inſidiosè & vafrè occultent.
ulla ergo cauſſa eſt, cur vinum formidemus, quia
otus animi concitet; neque enim deterrimos excitat,
ſi in peßimis, quorum nunquam eſt ſobria conſul-
trix animi facultas. Sed ſicut Theophraſtus ſolebat

ton-

tonstrinas appellare, ebrietas vini expers, & tristis in habitat in animis ineruditorũ, perturbata ab ira aliqua aut maleuolentia, aut contendendi libidine, au illiberalitate; quorum vitiorum pleraque retundens magis quàm acuens, vini vsus non stultos aut futiles redigit sed callidos: non vtilium negligentes, sed honest intentos. Qui verò versutiam pro calliditate, & vanitatem illiberalitatemq; pro prudentia vsurpant, pa est, vt pro fatuis etiam censeant eos, qui in vino simpliciter ac absque dolo suam exponant sententiam Contrà antiqui Bacchum Liberi & Lysii seu Solutori nominibus adserunt, & ei vaticinandi magnam adscripserunt facultatem, non quòd Euripides dixit, ol debacchationes & furores, sed quòd seruilem metum & infidelitatem eximens, eaq; animum liberans, homines inter se veritate, dicendiq; libertate vti doceat.

44. Quia nullus odor, cum vini odore est comparandus; omnes enim sine vlla dubitatione superat: solus namq; vini odor verè ac realiter nutrit. *Etenim vinum, odore plenum, spiritum subitò recreat, quem cætera vix tandem possunt reficere. Propterea 1. de Ponto ita cecinisse videri Ouidius potest.*

Et iam deficiens, sic ad tua verba reuixi:
Vt solet infuso vena redire mero.

Cuius rei cum Seneca meminit etiam Plinius, quamquam nec latet ex se vinum fomenti plurimum suggerere, &c. Rhodiginus lect. Antiq. lib. 24. c. 22. Imò, vt inquit Alphonsus Lupeius de Vini com-

ommodit: *irrorata facie odorifero vino, præsentissimum sentit præsidium quilibet, quantumuis à natiuo dolore sit destitutus.*

45. Quia Vinum mortis, quæ est vltimum tristitium, obliuionem inducit; ea enim faciliùs patienter vini haustu toleratur. Quare Vinum antiquitus, (& hac quoque tempestate in alienibus prouincijs vsitatur) ijs qui ducebantur ad capitale supplicium, propinabatur. Vt enim refert Ianus Cornarus de re vinitoria lib. 1. *Huc pertinet illud Prouerbiorum 31. vers. 6. Date siceram perenti, & vinum his, qui amaro sunt corde, vt talis bat & obliuiscatur inopiæ suæ, & ærumnæ suæ amplius non recordetur. Lyranus ex quodam Rabbinorum scripto ait: Sapientes Iudæorum ordinarunt, quòd condemnatis ad mortem, daretur plenus scyphus de vino forti, vt magis hilariter sustinerent mortem. Huius consuetudinis vestigia etiamnum alicubi deprehenduntur. Galatinus de hac ipsa consuetudine verba faciens, sic scribit lib. 8. de arcanis Catholi. Veritatis c. 19. Notandum est quòd legitur in libro Sanhedrin in Cap. quod incipit Nymar Haddin, id est, Affinitum est iudicium, vbi sic ad verbum dicitur: Dixit Rab Hasda; quòd egreßurus occidendus, potabatur puluere incensi in scypho vini: quatenus separentur sensus eius ab eo, sicut dictum est Prouerb. 31. Date priuatiuum perdito, & vinum amaro animo. Erant autem in Hierusalem mulieres honestæ, quæ hæc sponte mittebant. Hæc Tamuld. Bonum igitur vinum Do-*

mino

mino Iesu Christo, alijsq; cum eo crucifigendis ad l
missum Iudæi biberunt. Hactenus Galatinus, qui
num myrrha conditum, quod Christo iam in Cruc
agendo Iudæi propinarunt, Marc. 15. vers. 23.
hunc ipsum morem accommodat: sed cùm potio ill
amarissima fuerat (nam quòd Marcus vinum myrrh
tum nominat, id Matthæus acetum fuisse dicit cu
felle, sic amara confectione mixtum) alij sentiunt m
ris fuisse, vt propinaretur maleficis potionis genus, eg
rendo sanguini aptum, quò mors ipsorum esset cel
rior. Ideoq; etiam Christo tale quippiam oblatu
fuisse, accelerandæ mortis caussa: vt scilicet remediu
haberet ad finiendos lentæ necis cruciatus; noluisse a
tem bibere, vt ostenderet se patienter omnes cruciat
ferre, placideq; secundùm mandatum Patris ad mo
tem progredi, nec contra vocationem, impatienti
quadam dolorum mortis festinationem expetere.

E contrà apud Hebræos olim maxima pœna vini abstinentia, vt dicit Alex. ab Alex. Genialium di erum lib. 3. c. 5. *Apud Indos, qui maximi crimin reus agitur, hanc luit noxam, vt à rege tonderi iubea tur; qua pœnâ, nulla insignior fuit, sicut Hebræis vin abstinere, maxima censebatur mulcta.*

46. Quia cordi, quod est in homine præci puum membrum, & quod primum locum te net, Bacchus antiquitus præsidebat, vt Thoma Dempsterus ad cap. XI. Antiq. Rom. Ioanni Rosini refert. *Liberi cognomentum Baccho imposi tum, quòd vindex & assertor libertatis à ciuitatibus*

erect

ecta in foro statua coleretur; Is enim liberas fecit etiæ ciuitates, & primus triumphauit. Vet. Scho-st. Iuuenal. ad sat. 14. v. 193. Et cùm cordatos li-rtas faciat, Bacchum cordis præsidem faciebant. uidas in voce κωνόφοροι; vnde cognomen ei Eleu-erij impositum. Diod. Sic. lib. 4. c. 2. Biblioth.

47. Quia inter Deos antiquorum, nullus est, uem tot diuersis nominibus insignierint Le-e cultissimum Poëtæ Archij carmen lib. 1. An-ologo. c. 38. Epig. 11. Auson. Epig. 28. Eliam Vi-etum, Ausonium Epig. 29. Ælianum var. his. o. 3. c. 41. Ouid. lib. 4. Metamorph. aliosque oëtas, apud quos; hæc nomina maximam vini obilitatem arguere, inueneris.

Quia, vt inquit Zeno, vino dulcescunt ho-inum ingenia, vt Lupini aqua.

48. Taceo vniuersales laudes, quas vino autores ibuunt. Ioannes Bruyrenus de re cibaria: *Vi-um, apud omnes mitiores gentes in summo honore mper fuisse, monumenta omnium tum Græcorum, m Latinorum abundè testantur.* Petrus Manife-ius lib. 1. de vini vtilitate: *Inter omnia, nulla res rpori humano vel aptior, vel vtilior, aut iucundior ino: liquor & palato & stomacho gratissimus, & unquam propter eius præstantiam satis laudatus.* aurentius Ruggius lib. 1. de gustu rerum: *Nihil n rebus naturalibus reperies, quod possit in gustu, vino omparari: omnia enim illi prærogatiuam gustuum ederunt.* Aloysius Alem. lib. 3. *della coltiuatione.*

Chi

Chi potrebbe agguagliar con mille voci
L'infinita virtù, ch'apporta seco
L'arbor di Bacco? poi che di lui priuo
Quasi vedouo e sol sarià ciascuno;
La natura dell' huom più saldo e vero
Non hà sostegno alcun, se questo prende
Con misura e ragion, tra'l molto, e'l poco.

Et inferius.

Che vigor, che dolcezza à i corpi, à l'alme
Dona'l soaue vin, ch'alle chiare onde
Del viuo Christallin s'è fatto sposo.
Non ci porta ei nel cor Ciprigna e Flora;
Che dolce compagnia, che bel ristoro, &c.

Cardanus de rer. var. lib. 8. c. 23. *Vinum nobilissimum est, re, vsu atque varietate.*

49. Quia nulla res alia est ad lætitiam producta, vt vinum, cuius maximè proprium est lætificare cor hominis, nec alia, quæ maiorem sympathiam cum eo habeat: & vinum præstat hominibus, quod præstat vita, vt ait Horatius Angenius lib. 5. ep. & consult. Med. cap. v.

Quæsierit hoc loco quispiam, quod vino tamquam maximè proprium conueniat? Respondeo maximam vini proprietatem esse, lætificare bibentem. De qua ita scribitur in Psalm. 103. vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominum. Rursus lib. Iudic. c. 9. legitur: Numquid possum deserere vinum meum, quo lætificat Deum, & homines. Vide quàm tribuant sacræ Litteræ vino, vt putent Deum ex vino lætificari,

se

huius loci explanatio, quod pertinet ad Deum, re-
uatur Theologis: ego, quæ ad homines prosequor:
ent, cùm homines lætificantur ex vino, tunc fiunt
i. Scio hanc esse clarissimorum auctorum senten-
, quibus, quo minus fidem adhibeam, hæc persua-
. Omnibus, qui moderatè vtuntur vino, lætari
ingit. At eiusmodi sobrietas non stat cum ebrieta-
udiant, quid scribat Sapiens Eccle. c. 31. Vinum
ucunditatem creatum est ab initio, non ad ebrie-
n. Est igitur iucunditas ex vino citra omnem
tatem. Est autem huius rei caussa, quòd vinum
imam habet cum humana natura similitudi-
, ac statim spiritus reficit: quorum penuria, qui
ant, melancholici ac tristes esse consueuerunt.
de quia cor ipsum moderatè calefacit, fundit,
, quæ illi accidunt ex lætitia, quemadmodum
istitiam contrahitur ac torpescit; sic per lætitiam
ur & titillat: suauis calor, qui in vino est, hunc
im facit.

5. Postremò adest indicibilis quædam sympathia
orde, quæ in eius substantia modo consistit, ideò
vires mira quadam celeritate reparat Rectissi-
tur dictum fuit à Sapiente, Vinum ab initio
n fuisse ad iucunditatem, non ad ebrietatem.
e non est verum, omnes ebrios lætari: nam qui-
mœsti fiunt, quidam iracundi; alios videbis in
animi passionem esse proclines, ita vt verum
t omnino ebrios ex vino lætari. Placet autem
hoc loco, quæ idem Sapiens ibidem de hac pro-

prietate ſcribit. Latina tranſlatio hæc eſt:

Æqua vita hominibus vinum in ſobrietate,
Si bibas illud moderatè, eris ſobrius.

At in contextu Græco breuior dictio & dil
dior:

Vinum eſt res æqualis vitæ in hominibus,
Si bibas illud in menſura ſua.

Admonetur hoc ſapiens dicto, vinum hoc præ
hominibus quod præſtat vita, & vitæ conferri
quia hominem viuificat. Vinum igitur ſobriè ſi
tum, eſt hominibus æqua vita, hoc eſt, affert ei v
æquam, conuenientem, commodam, iucundam.
tia enim ipſum afficit, depulſo timore & mœrore
facit, ſi non bibatur vltra debitam menſuram.

Et Valeſius de ſacra Philoſoph. c. 27. E
tur iucunditas ex vino citra omnem ebrietatem:
ſa verò illius ſunt ſpirituum vitalium refectio;
penuria, qui laborant, melancholici, triſtes eſſ
ſueuerunt. Et quod calefacit, laxat, funditq
quem eumdem motum illud per lætitiam ſub
enim per triſtitiam contrahitur & torpeſcit, i
lætitiam laxatur, & titillat, cuius motus, calor ſ
accommodatißima cauſſa eſt.

Quòd ergo vinum lætificet, has habet cauſſa
nifeſtas præter indicibilem ſympathiam, quam
ſe habet cum corde, quai n eius ſubſtantiæ mod
ſiſtit, cùm ad iucunditatem creatum ſit ab initi

51. Quia eſt vitę humanæ neceſſarium.
ceſſitas autem in eiuſmodi re, maximam

: nobilitatem. Vt enim idem Valesius ait : *In-*
ea omnia, quibus vescuntur homines, panis & vi-
i tenent primas ; quia alij omnes cibi dati sunt
nimbus ad delicias & ad abundantiam; hi verò
necessitatem & sufficientiam , & his maximè
ntur homines. Nullis cum maiore malo carere po-
, & nullis magis contenta est natura , quia sunt
ium optimè parabiles, mortalibus omnibus maxi-
ommunes, optimè omnium nutrientes, &c.

2. Quia vinum, tanquam rem omnium præ-
tissimam Dijs, Gentiles libabant , illudque
is socium appellat Arnobius. Et vt inquit
n. Gulielmus Stuchkius de sacrific. Genti-
n: *Ac vinum quidem apud Ethnicos (vt etiam*
Hebræos) in plerisq; sacris seu sacrificijs libatum
, eiusque simul caussam Eustathius his verbis ex-
t: Vinum etsi non vnà cum molis salsis sumeba-
amen vtile erat in libationibus post molas salsas.
minus enim illius, quàm hordei inuentio ad ci-
n & mansuetam vitam pertinet; ferò enim fuit
utum. His verbis rationem reddit, cur libatio, id-
ini effusio in sacrificiis fuerit vsitata.

3. *Notandum autem non quoduis vinum in sa-*
otuisse adhiberi. Nam ex Græcia (quoniam
m habebat) & amputata vite, seu fulmine tacta,
uæ vulneratis pedibus calcata, aut immunditie
a fuerat, aut iuxta quam homo laqueo pepen-
, quæque circumcisis vinaceis profluxerat, diis
n libare infaustum erat. Pythagoreorum quoqu

ſymbolum fuit, ne diis libarent ex amputatis viti
Hinc ſpurcum vinum dicebatur, quod ſacris adh
non poterat, vt ait Labeo Antiſtius lib.10. C
ment. Iur. Pontif: cui aqua admixta erat, defrut
ue, aut igne tactum eſt, muſtumue, antequam d
ueſcat.

Obſeruandum pratere à veteres omnino mer
meraco vino in libationibus vſos fuiſſe, quo innue
mentis ſynceritatem, expertem fraudis atque doli
contrà vino aquâ mixto, doli atque ſuperſtitione
ſacris adumbrabantur) quod ſi quando autem cr
re vinum dicuntur miſcuiſſe, non aquæ atq; vin
duoruum vinorum commixtio ib i intelligenda.

Obſeruandum hic quoque, veteres ex vino co
crato ad libationes augurari ſolitos fuiſſe; quod
nationis genus οἰνομαντεία dictum eſt, vt Peuceru
ſtatur.

54. *Pratere à hoſtia primò vino perfundebatur*
ea probaretur. Ouid. Faſt. lib. 1.

Rode caper vitem tamen hinc, cùm ſtabis ad ar
In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit.
Verba fides ſequitur, noxæ tibi deditus hoſtis,
Spargitur affuſo cornua Bacche mero.

Deinde ſuper exta, aliaſvè partes hoſtiæ in ig
coniectas vina fundere conſueuerunt. Primò ita q
vſi ſunt in omnibus ſacrificiis. Prima enim ſacr
pars erat, libare; Secunda, immolare; Tertia, redo
Quarta, litari. Alex: ab Alex. lib. 4. cap. 17. De
libationes fuerunt vtiliſſimæ in fœderibus.

Sic in sponsalibus quoque, quæ & ipsa mutua quæ-
sunt viri & vxoris fœdera, libationes fieri so-
.

n Exequijs quoque, libationes multiplices adhibi-
uisse, ostensum est in tit. de conuiuijs funerali-
.

Denique in conuiuijs cum sacrificialibus, hoc est,
uæ sacrificia statim fuerunt consecuta, tum etiam
ijs omnibus libationes vtilissimas fuisse, passim ex
oribus colligitur.

Obseruabis hic cùm tempus duplex, quo libationi-
tque sacrificiis operam dabant, matutinum ni-
m atque vespertinum; tum finem, qui erat, vt
placarent, sibiq; propitios redderent.

Ex his & multis alijs, quæ Stuchkius in Sa-
ũ sacrificior: Gentilium descript. adnotauit,
supra cætera eminentiam atque præstan-
quilibet colligere potest, cùm antiqui in
ificijs & præstantioribus humanæ vitæ ope-
onibus illud adhibuerint.

5. Quia *dignatus est Christus, vt vinum sit dig-*
ni Sacramenti materia, vnde Vino tot possent
ulari laudes, quot peritissimus quisque exprimere
posset. Adde, quod primum, quod fecit, miraculum,
, in vinum aquam conuertere. Vnde insinuatur
n frigidum sit conuiuium, in quo non sit vinum.
ergo per Deum immortalem, tam agrestis est,
æc considerans, tantum liquorem audet incusare
iminari. Alphonsus Lupeius *libell. de vini*

commoditatib. Verùm si sacra prophanis imm cere liceret, hîc de vino Theologico multa ena raremus, ex quibus vini prorsus virtus admira da elucesceret. Sed aliud volumen de hac re, l uente Deo, sumus elucubraturi.

56. Quia ante vini inuentum, omnia, tris erant, vt canit Nonnius lib. 7. Dionysiac.

Sed vitam mortalium diuersa habebat cura
Incipientem labores, & non cessantem à curi
Et Ioui cuncta administranti mala perpeti tium virorum,
Expertem lætitiæ ostendebat, vnà educati ætuum;
Nondum enim partus, puerperia vincula solu
Bacchum eiaculatus erat Pater ex grauido more,
Humanæ requiem curæ. Non tunc libatio
Aërios inebriauit gressus beneuolenti fumo
Vino tincta. Coronas verò Deorum prati herba
Filiæ anni insuaues plectebant Horæ:
Vini enim penuria erat. Vini expertis v chorea
Semiperfecta inutilis erat gratia, &c.

57. Quia non solũ homines vinũ exhilarat, sed iam Deos lætificasse, ad vim eius denotand finxerunt antiqui, & præsertim Nonnius lib qui Prometheum, nectar quàm ignem poti Dijs furari, debuisse affirmat.

N

----- Nam malum iucipientes,
Pro igne ſuaue nectar, quod immortalium
mentes exhilarat
Furari potius debuit, & hominibus munus ad-
ferre,
Vt hoc diſiparet potu curas mundi.

*ib.*17.dum Bacchus Broncho vinum dat bi-
dum, hęc proferr:

Fac me ſenex hoc munus totius requiem curæ,
Non autem indiges lacte habens bene fragran-
tem guttam,
Nectaris cœleſtis terreſtrem figuram, qualem
hauriens
Iouem magnum in cœlo exhilarat Ganimedes:
Antiqui verò lactis mitte deſiderium, &c.

in ſacra Scriptura 2.Iudic. *Nunquid poßum de-*
re vinum meum? quod lætificat Deum & homines.
d hoc vinum Theologis explicandum modò
inquo; nam de vino Theologicè accepto, in
undo volumine abundè ſumus tractaturi.
Et ne homines, optimo bono carerent, Iupi-
vinum, nectari ſimile, humano generi pro-
ttit.

Nectar relinque diis, & vini remedium doloris,
Per ſe fuſo dulce vinum, ſimile nectari dabo
Alium potum mortalibus conuenientem, &c.

58. Quia cum vino nulla planta, nec ipſa lau-
s, qua Poëtæ coronantur, eſt conferenda, vt
em *lib.*12.canit.

Nectareo aliquando ficum instillato poculo
Ficus simul, & pomum habet gratiam ad d
tes vsq;,
Non potest planta alia tuis vuis contendere,
Non rosæ, non narcißus formosus, non Anem
Non lilium, non Hiacynthus æquatur ra
Bacchi;
Quod multum contritis nouis guttis auctum
Tuum potum flores omnes excipient. Vnum p
culum erit,
Mixtum omnibus; & in vnum veniet adorati
Floribus multifariis mixtum. Vernum enim
Ornabit tuum florem totam pratensem herba.
Cede mihi inclyte arcu, multum de fletoru
quod foliorum,
Luctuoso coronatus nõ lugentes capillos vincu
Lugubria tuis folijs inscripta sunt. Si verò
horto
Coronam fert arcu inclytus, ego dulce vinu
exhauriam,
Et corona desiderabili circumijciar. Suaue
potum v. præbentem
Intus meo in animum totum Ampelum ipsu
attollens.
Concede ex vua expreßo ornatam galeam h
bens. cruentus enim
Fundis cruorem Marti. Et literis Baccho
Vuæ virisentis rubentem rorem,
Ceres priuata & post Palladem. Nõ enim oliu

Vo

Voluptatem pariunt, nec ſpica virum demulcet.
Pyrus agreſtis fructum habet mellitum. Myrtus auget
Flores odoratos, & non mentem demulcente fructu
Humanas ventis iaculantur curas.
Vobis factus ſum longè melior. Noſtro enim-
Verò non præſente iucunda conuiuia, menſæ
Vino non præſente, ſine voluptate ſunt choreæ,

59. Et inferius: vino reliquas arbores, famulas e asserit:

Circa verò omnes arbores deorſũ ruentes capite
Similes precanti incuruatam ceruicem flectunt
In alto. Extenſa verò folia, ſenex inclinatur palma, &c.

60. Quia cætera ſatietatem quandam induc: ſolius vini nulla ſatietas, eodẽ, *lib.* 14. teſte:

Et mel magis habet celerem ſatietatem vah! magnum miraculum
Hoc bibens volo bibere iterum: vtrumque enim
Et ſuauis hic fluctus & non ſatietatem hominibus generat

19. c. Bacchus dijs vinum exhibet, quo ſatiari nitiquam poſſunt.

Dulcis potus.

Molli tunica indutus Bacchus à cratere hauriens
Eleuauit duo pocula, & præbuit duplici vibratione
Primum Saturno, ſecundũ verò præbuit honori

Patris fratri, tertium poculum Neptuno,
Deinceps simul omnibus diis & Ioui patri
Delectatis miscebat. Tristi verò Soli
Subridens præbuit poculum æmulo Phœbo.
Hi verò multiplicibus mentem oblectabant poculis.
Sitientes verò adhuc magis semper vexabantur bibentes,
Et rursus petebat aliud, & non satietatem habebat poculorum.
Immortales verò plaudebant, &c.

61. Quia vinum est typus veteris amicitiæ, vt Cicero de senectute ait; & matrimonij, egregiè Euterpe, & Clio de vino & coniugio colloquentes, apud Ioannem Lauterbachium canunt:

E. Te canimus, grato vehimus tua munera versu,
Conditor ætherea, qui super arce sedes.
C. A te principium rerum, tu semina rebus
Sufficis, ô omnis fonsq; paterq; boni.
B. Vitiferi hinc colles, hinc succos nobile lignum
Gignit, & his hominũ pectora mœsta rigat, &c.

62. Quia est omnis hilaritatis dulce seminarium, vt inquit Varro:

Vino nihil iucundius quicquam eluet,
Hoc continet coagulum conuiuia,
Hoc hilaritatis dulce seminarium,
Hoc ægritudinem ad medendam inuenerunt.

63. Et veri gaudij thesaurus, vt inquit Th

s Stiglianus, nobilis ac insignis Poëta:

Vin sangue della terra,
Via più caro, à i mortai del sangue vero,
Benedetto il primiero,
Che ti trouò: per te s'ardisce in guerra
E si sta lieto in pace:
Discacciator verace
Dell' humana tristezza,
E tesor d'allegrezza,
Liquefatto rubin, tenera gioia,
Ch'entrato à nostri Seni,
Alta gioia inuisibile diuieni.

Et profectò vini laudes hic Poëta lepidissi-: describit. Vinum terræ sanguinem appellat, ante illum Androcles ad Alexandrum scribens, pellauit: *Vinum potaturus, ô Rex, memento te bi-e sanguinem terræ*: sicut cicuta homini vene-m, ita cicutę vinum. Et Calcagninus:

Terrigenæ victi victor Saturnius actis
Vndiq; Phlegræis molibus horror erat.
Mœsta parens Tellus in vites ossa redegit
Cæsorum, & vinum est, qui modò sanguis erat.
Ah! ne quis mala vina bibat: de sanguine nata
Qui biberit, cædes exitiumq; bibet.

Alludit enim ijs, quæ apud Plutarchum legun-r, nempe vites ortas esse ex sanguine eorum, ii arma intulerunt dijs ipsis: sed hæc, meræ fa-blæ sunt.

64. Verùm Poëta alio sensu vinum, sangui-nem

nem terræ intellexit ; nempe, sicut inter omne corporis humores, sanguis, qui vitam conserua primas tenet, eoque corpus nutritur : sic inte varios terræ succos, meliorem, quem ipsa habe in vitibus gignendis nutriendisque profundit; & sicut venæ sanguinem, ita vites præstantioren terræ humiditatem exhauriunt.

Vita più caro à i mortai del sangue vero.

65. Qui versus dupliciter intelligi potest Primò, quia potores tantam in potando suaui tatem experiuntur, vt multi vltra quòd vires fer re possint, ebibentes, à vini incendio confla grantur & moriuntur: aut valetudinarij reliqui vitæ, summa cùm molestia traducunt: aut maci & squalore confecti, perpetuò contabescunt quod quidem nocumentum quamuis ab ei perspicuè cognoscatur, perpotare tamen ac de bacchari sine vlla penitus valetudinis cura, sib in animum inducunt, merum magis, quàm vitam amore prosequentes. Et valeant Medici, vnà cum artis medicæ & ciuilis conuersationis præceptis, vino se ingurgitare volunt, quamuis se cæcos euasuros, aut graui aliqua ægritudine corripiendos pro comperto habeant, vt legitur de eo, cui potus magis gratus, quàm oculorum conseruatio erat. Thomas Morus:

Potando Medicus perituros dixit ocellos
Fusco, qui, cùm se consuluisse, ait:
Perdere dulcius est potando, quàm, vt mea seruem

Eroden-

Erodenda pigris lumina vermibus.

de alio, de quo idem:

Perdis, ait Tussa Medicus, tua lumina vino,
Consultat secum, quid velit ergo sequi:
Sydera, terra fretumq́; solent quæcunque videri,
Omnia sunt (inquit) visa reuisa mihi:
Multa mihi sed vina tamen gustanda supersunt,
Multa refert annus, quàm noua musta nouus,
Iam certus, firmusq́;, valebitis (inquit) ocelli.
Nempe satis vidi; non satis vsque bibi.

, affinis esse debebat ei potori, qui cùm in rim ardentem, & per consequens in trucu-tissimam sitim incidisset, accersiuit Medi-n, qui de exterminanda febri, & siti prorsus anda tractaret. Febrim (inquit ægrotus) abij-ndi aut remittendi munus sumatis; sitim mihi andam relinquite.

56. Nec solùm vilis conditionis homines, ve-n etiam & ipsimet Poëtæ, si morbo aliquo oraturi sint, aquam se non ebibituros, prote-itur; vt Massinus:

Più d'vn fisico amico e'n curar saggio
Mi giura, c'hor sarei di morte preda,
Se di farmaci in vece io t'hauea in seno.
Ma giuro anch'io, che vuoto, ò d'onda pieno,
Nonsià, che semiuiuo huom più mi veda,
Ch'ebro pria vò morir, s'infermo io caggio.

. Neq; hoc contenti, ęgris quoq; vini prestan-imi potum persuaden', vt idem Massinus, qui

Comi-

Comitem Pyrrhum, Vicecomitem, Mediolanensem Procerem, de Rep. litteraria bene meritum, ad hilariter perpotandum adhortatur, quamvis podagra, truculentissimo morbo, laborare. Nam nihil interest, pedibus motum vini haustu auferre, dummodò cor, pręcipuum humani corporis membrum, exhilaretur:

Quel vetro tuo, che con due man si prende,
E sembra gel, che foco in seno accoglia,
Vuota souente, e di timor ti spoglia,
Ch'l cor rallegra, se le Piante offende.

Secundò ad Logicum sensum fortasse alludens, id est, acceptius esse deberet: Etenim vita nostra in calido & humido consistit, quę qualitates sanguinis propriæ sunt, vt scribit Aristot. *de long & breuit. vitæ*: Nam anima in corpore nostro tamdiu immoratur, quousque actiones exercere valeat: præcipuus autem actionum minister, est calor naturalis: Caloris autem natiu pabulum, est humidum; sanguis verò est verum & vnicum vitæ nutrimentum, vt Arist. *de par. c.* 3 Auerr. 3 *collect. cap.* 2. *conciliator. diff.* 3. Ferneliu *lib.* 6. *Phys. c.* 1. & omnes alij: Vinum est sanguin simile, eumque optimum generat, digestionem auget, calorem naturalem fouet, & humidum resarcit; Quare optima ratione ille Poëta dicit

V tapiù caro à i mortai del sangue v ero.

Cætera carmina ex supradictis patent.

68. Quia est summum hominum bonum, v

Poëti

bëticè loquitur Mneſitheus apud Athenæum:

---- *Vinum Deos*
Mortalibus monſtrãſſe: rectè vtentibus,
Summum bonum: intemperanter verò ſummum malum.
Illos enim, modeſtè qui bibunt, alit,
Animumq́, pariter & corpus roborat;
Ad vſus medicinæ varios eſt vtiliſsimum.
Miſcetur ijs, quæ propinantur, pharmacis,
Vlcera lauare corporis, vino expedit, &c.

69. Quia ipſæmet cerimoniæ vinum eximijs ndibus adornant. Pincernæ enim aut capite int aperto, aut illud aperiunt, quotieſcunque ominis ſunt propinaturi; idque efficiunt, vt ıdabili antiquorum more, vino honorem detum præſtent.

70. Item, quando Pincerna pateram fert, cęri caput denudare tenentur, & tacitis tum cemonijs geſtiunt ac lætantur, intentisque oculis rincipem, ſuauiſſimos crateres exhaurientem tuentur: ùm Bacchus, iuuenis, lætus, & capite enudato, roſeo ſolummodò coronatus, aut huſmodi materiæ ſerto depingatur.

71. Item, in nobilium cœnis, cum facibus arentibus gemmiferum craterem Aulici dedunt, aut ſaltem candelabrum attollunt; idque uia eſt maximæ vini excellentiæ conſentaeum.

72. Item, Princeps, dum mellifluas pateras ex-

exsiccat, vicinas illi paropsides operiunt mi
stri: tacitè inferentes, ad mirificam tanti liquo
suauitatem contemplandam, profundissi
mente omnes cogitationes esse dirigendas.

73. Item, quoties Principes bibunt, tot
mappulam mutant administri: indigna enim
indecora res foret, vt labra pretiosissimo liquo
madida, sordido chiromactro abstergerentur.

74. Itē, quando alter alteri est prębiturus, m
inoleuit, vt caput aperiretur, quod quidem in
bis porrigendis non obseruatur; idque, vt vi
pręstantissimus honor exhibeatur.

75. Item, omnes ferè homines ęgrè ferun
quando vinum recusatur, aut quando vices nc
redduntur: amori enim correspondere, aut am
citiæ pignora sancire, aut beneuolentiæ exper
mentum facere, aut bonæ voluntati gratificat
nolle rogatos & recusantes, ij existimant.

76. Item, populi Septemtrionales, Polo
præsertim, ingentis modi calicem, impletum, i
prima ingressione, continuo spiritu, aut salter
interspiratione exsiccandum hospitibus tra
dunt: idque, quia nullo signo euidentiùs, quàt
vini oblatione, nec paruo poculo hospites cre
dunt excipere: & tunc bonos hospites esse
quando hi se exsiccaturos illud, ęti pronũtiant

77. Item, in multis superioris Germaniæ ciui
tatibus, Tabernarij tres crateres in primo in
troitu peregrinis offerunt absorbendos; hacqu
bene

euola ceremonia, maximæ ijs ſunt gratula-
ni; tacitoque, ſed auguſto myſterio omnium
um, peregrinationis præcipuè, principium,
dium, & finem, (vt alia ternarij numeri, qui
nia continet, initia ſilentio præteream) fœli-
mè precantur: & non vt multæ aliæ natio-
, ſpecioſis verborum circuitibus, ſed re, tan-
m omnium præſtantiſſima, gratulationem
hoſpitibus faciunt.

8. Quia eſt tam magnæ, abſconditæ & in-
libilis potentiæ, quòd licet verbis non poſſit
nſtrari, animus tamen concipit diuinum
ldam in eo ineſſe, cùm ſua nobili vi, omnes
iat ad ſeſe, non emolumento, quod in ſe
ndet, ſed trahens ſua ſuauitate, iucundita-
tilitate, dignitate, præſtantia atque excel-
ia.

nde factum, vt ferè omnes nationes, niſi
bertate premantur, ab extremis orbis parti-
vina petant, ſumptibuſque maximis pericu-
ne aduehi procurent: intimis enim ſenſibus
ntur, qui vinum bibere, culpa aut caſu non
ũt, cũ ſit illud corporis, animiq; nectar atq;
enthes. Et apud Græcos vini potus prohi-
s, grauis æſtimabatur cenſura, quod Plutar-
in fine ſympoſij atteſtatur: *Quum apud
os multa ſint pœnarum genera; nullum tamen
c execrabilius, quo Dominus pœnæ, vini potum,
npus, quod ſtatuerit, prohibet.* Ex quo infertur

vino carere, aut illud bibere non posse, esse summum cruciatum.

79. Quia natura, artificiosis fabrorum & opificum operibus vitem ineptissimam maxim solertia produxit; idque vt vinum humano g neri vtilissimum non deficeret, & ne vites, cu incomparabili vitæ nostræ detrimento, vt ca teræ arbores, præciderentur. Nam, vt inquit C rolus Estienne, & Ioannes Liebautius *en l' griculture & Maison rustique : Vray est que la cu ture de la vigne est de fraïs, de peine & de gra soing, pour la delicateße de son bois; le quel à bi considerer semble par vn certaine prouidence de Die auoir estè fait si foible, si delicat, & si languissant, fin que, ceste plante ne seruist à autre chose, qu'à pr duire l'excellente precieux liqueur du vin; lequelle tant necessaire pour le support & vie des homm Car si elle estoit apte à faire autre chose, comme bois des autres arbres, on luy pourroit employer, do le vin en seroit beaucoup cher, que ne le voyons estre.*

80. Quia sacra Scriptura, dum Sapientia ad suum sumptuosum conuiuium celebrandu introducit; primò ad bibendum; deinde ve ad comedendum inuitat: *Sapientia ædificauit s domum, vinum miscuit, & posuit mensam.* Nat que amici & parentes, ad compotandum, n ad comedendum, vt plurimùm inuitantur. C autem id ferè apud omnes gentes frequentet an quia vinum, sicut cibus redargui nec recus

pote

pteſt? poſſet enim quis eo die ieiunare: Vinum
tem ieiunium non frangit : an quia ad duos
ſue cyathos exſiccandos, non ad comeden-
m quilibet poteſt ſemper eſſe paratus? an quia
pibendo tempus, vt in edendo non conſumi-
t? an quia hoſpes ad manum, vinum promp-
n, non autem cibos omni tempore habet pa-
os? an quia, vinum, non cibus, ſit ſymbolum
icitię, & teſtis beneuolentiæ? an quia vinum
in omni conuiuio præcipuum ac ſingulare? an
a ſit omnium rerum iucundiſſimarum ac ſua-
ſimarum compendium.

81. Quia in vino ratio ineſt, vt dicit Amphis
omicus.

Ineſſe rationem vino, probabile eſt,
Qui bibunt aquam, ſtolidi quidem ſunt atque fatui.

2. Quia vinum dulce, probè excoctum, dul-
s eſt & ſuauius melle, & naturę noſtræ valde
ile. Nam, vt inquit Laurentius Gryllus *de ſa-
e dulci & amaro: Vinum certè generoſum, cuius
ure inſitum eſt dulcedinis primordium, ſi probè ex-
euatur, & ad ſubſtantiæ tenuitatem æquabilita-
q̃, maturatione & vi cœleſtis caloris perueniat,
n ſolùm dulcedinem nanciſcitur inſignem, ſed ean-
n etiam vnà cum ſpiritu æthereo (cùm vegetior ſit
ctio quàm mellis) faciliùs quàm mel conſeruat. &
ipſo etiam ſuauius melle guſtum demulcet, delinit.
Benignus enim ille ætheriuſq̃ ſpiritus, cùm natu-*

ræ nostræ melior sit persimilis, non parum ad exceb tem suauitatem facit. Qui cùm in melle tot mace tionibus confecto dissipetur, mirum non esse, si m dulcedo non modò ingratior sit dulcedine vini, sed iam nauseam pluribus hominibus moueat, cùm sua vina nullis aut perpaucis displiceant.

83. Quia est spiritus, ex puriore sanguine niti, fomes, vt ex Platone colligit Ianus Cor rus in medico de Rep. sympofio: *Vinum est moris pharmacum, senectutis refocillatio, mœroris inopiæ obliuio, somni illecebræ, spiritus ex puriori s guine geniti fomes, fortitudinis calcar, mentis in nüq̃ incitabulum, quo vt ferrum igne, ita anin vino moderatè sumpto mitescit.*

84. Quia calor vini à cælesti dimanat, estó naturali nostro maxima proprietate coniunct vt rectè explicat Sauanorola in libello de co ficienda aqua vitę: *Vini quidem caliditatem à c lesti calore solari emanare minimè hæsitabitur, ci ab eo vuarum maturationem omnino fieri comp hendimus. Quod autem ab alio eductum est, eiu quo educitur naturam retinere non negandum, cù orta suis attestentur principijs in virtute & vitio su rum operationum. Itaque vini calorem cœlestem d uinumq̃ esse non indignè antiqui enuntiarunt. Ca quidē cœlestis humano calori coniunctus, cùm hom nē generet, arbitrandum equidē est, & ipsum nutri & vitam in longum ducere posse. Nam cuius potent in maius est, in minus posse fatendum est. Quamobre*

cù

m homo & sol generent hominem, inquit Aristote-
l, id concedendum, vt calor vini calori naturali no-
o, vt Princeps ait, maxima sit cum proprietate
niunctus, quo fit, vt sit virtutis vitalis confortati-
is, cùm à suo simili simile cõfortetur, ipsiusq; multi-
catiuus necnon restauratiuus. Ex eodem autem ge-
ramur & nutrimur, inquit Aristoteles. Et quis ita
sanæ mentis erit, qui his non consentiatur? Expe-
ntia quidem in dies comperimus vini virtute syn-
pizatos releuari. Quod planè Saraceni intelligentes,
icopizatis, vt à morte releuentur, contra legem
ium exhiberi non prohibent; quinimò concedunt,
offerunt. Et quis non nisi cæcus, qui de lumine iudi-
re voluerit, his contraire poterit? Nam in horas vi-
nus, cùm fuerit quis in virtute, nedum animali mo-
a, sed & vitalis resolutus, in consuetas operationes
nimè potens, se fateri ex potu vini suauis ac gustu
ectabilis, sic potando restaurari fortificariq; in eas
rationes, in quas priùs non poterat, potenter posse.
nsueuerunt etenim potatores sic post potum enun-
re, se duplici pretio valere. Nunquid Philosopho-
m sententia hæc est? Princeps inquit:

Vinum debiles efficit fortes, propterea quòd veloci-
præbet augmentum in substantia spiritus. Itaque
ociter, vt Auerroi non displicuerit, vinum non per
digestiones transire, sed paruo in tempore in spiri-
n conuerti, naturaq; humanæ, cùm opus erit, mira-
iter succurrere, cùm calorem cœlestem humano
portionatum in se claudat.

Et ipsemet Bacchus apud Bouium:

Vnum numen habet mecum crinitus Apollo,
Natura ambobus est, calor æthereus.

Et quamuis omnibus corporibus productis in est quædam essentia cælestis, in nullo tamen æquè abundare dicunt Philosophi ac in vino, in quo producendo, cælum ferè omnes suas vires insumit.

85. Quia solus vini aspectus, ad illius virtutes cantandas, laudãdas & celebrandas Poëtas atque cantores impetu quodam sacro subitò impellit. Nam Olli, viso Baccho imberbi, iuuenique, Hermogenes, Lamytas, Hermoleus, atque Achic cantores peritissimi, Rhodij hos sacros dythyrambos simul cecinerunt, quatuor auratis pe sonantes citharis, vti solent in conuiuijs Regum hymnos cantare mellifluos, vt refert Iac. Præfactus de nat. vini:

Salue Bacche Iouis Semelesq; prales,
Quem Nymphæ captum à patre Rege decore
Candenti lacte, & prædulce fouerunt
Melle, sinu in tepido, molliq; tenentes,
Cingentes caput violisq; rosisq;
Vallibus in Nysæ antroq; virenti,
Salue Euan copiose & vuis
Dulcibus ornate
Quem sacræ Musæ Fauniq; Satyri
Atque Hamadryades Dryadesq; procaces
Comptæ & Oreades innocuæq; Napæ

Ca

Centauri duri Panesq; Lycei,
Saltantes ſemper venerantur omnes
Atque docent montes, colles, ſyluasq;,
Et nemora vmbroſa antra & opaca,
Ac fontes gelidos & flumina amœna,
Et ſpelæa caua atque horrenda ferarum,
Bacche tuum ſacrum reſonare nomen,
Quod ſuis recantat vocibus Echo,
Nympha iocoſa per auia & antra,
Ter Bacchum, Bacchum, Bacchum reclamans,
Cum Iunone dea ſub rupe ſedenti,
Tecta hedera viridi nigrisq; corymbis
Arma iramq; tuam ſæuosq; furores
Non ceſſant vates cantare ſub vmbra,
Daphnes, Belliger Io, Bacche,
Penthea puniſti regemq; Lycurgum,
Viciſti anguipedum fera bella Gigantum,
Quorum rupiſti vnguibus ora Leonis:
Aptior feſtis choreis iocisq;;
Tu curas hominum diſpergis edaces,
Et requiem miſeris mortalibus affers,
Et dubijs reducis ſpem mentibus amplam,
Credulaq; vitam fouet ore ſereno.
Amnem tu flectis vitreosq; fontes;
Tu timidos audere facis, fortes q;
Reddis, & audaces in terris, & alto
Aequore.
Imbelles ad bella vocas violenta,
Et facis ad Martem, mortemq; promptos,

Ac neruis vires das, atque calorem
Extinctum reuocas senibus,
Et robur, validum membris ministras,
Et vatum reddis præcordia læta,
Ac Venerem calore foues, natumq́;
Cum Genitrice Dea frugum potenti.
Tu linguam pectusq́; moues, & operta
Dulcis Iacche recludis,
Mortales cogis quin vera referre.
Te Ganges Dominus sensit potentem
Imperij clarum terraq́; mariq́;:
Namq́; triumphasti magnum per orbem terrar
Fronde triumphali tua tempora cinctus
In curru. vectus vastis Elephantis
Caprum Bassaridum immolante turba,
Et calamos Faunis inflantibus ore
Ac buccina Satyris, & tympana palmis,
Et caua Baccharum turba pulsantium
Cymbala.
Musis & Phœbo, cytharisq́; lyrisq́;
Personantibus, Gaudete, Cybele
Et Ioue, vitifero primoq́; triumpho
Inde tuum in thalamum tedasq́; iugales
Gemmifera frontem redimita corona
Venit pulchra Ariadna
Vecta capistratis à tygribus Indis
Te nato Iouis contenta marito,
Quæ modò flammiferi inter sydera cœli
Enitet, & sua clara corona resulget

Sub cauda fului aſtriferiq; Leonis,
Quam tu fixiſti radiantibus aſtris,
Et modò cælum habitas cum Marte coruſco,
Et calido ſuffundis lumine terras,
Nutritor, tui & ſenex Silenus
Haud procul à te ſplendet in aſtris
Nymboſæq; Hyades, quæ cornua Tauri
Summa tenent, alto te in æthere alumnum
Spectant nutrices, quoniam fuere
Nempe tui.
A Ioue ſunt cæli Aſtriferi locatæ
In rutila ſede
Euge Bromi, quæ inter modò numina diuũm
Sublimis ſtellato in æthere fulges,
Redde omnes hilares conuiuia lauta
Qui Muſis faciunt placidis Phœboq;
Fontibus in vitreis, lætiq; viretis
Ceu ſacer Antiſtes Carraſa in amœnis
Hortis inſtruxit ſympoſia amicis,
Te benè Iacche precamur.
Et nos qui menſis regalibus hymnos
Cantamus tibi, fac, fac viuere lætos,
Ac Chium potare merum, hinc ad multos annos,
Et paſſim fiant tua pocula plena
Nectare dulci,
Ac dexter tua ſacra colentibus adſis,
Myſtica, Latinæ pater, craſſiq; ſoporis
Vſque precamur.

86. Quia

86. Quia in proroganda vita cæteris reb ipsimet auro potabili præfertur, vt ait Sauar rola de confic. aq. vitę: *Quamobrem cùm nati humanæ ipso auro amicari conformariq; magis s tiatur, arbitrandum quidem est, ita vitæ prorogan nem auro potabili plus posse conferre, quo nonnulli chimizantes gloriantur. Vinum namq; ad vitæ l manæ nutricationem & elongationem à natura uentum est, in corporum generationem quam plu mum operans, quoniam, vt actum, ex eodem viuim & generamur: estq; sic naturæ humanæ famili magis. Aurum autem ad has corporum commodi tes minimè principaliter inuentum est, ad eas acced non videtur; & si in quibusdam corporis vtilitates cedat, à generatione & nutricatione remotas.*

87. Quia ex depuratione vini cognoscin anatomiam vitalem nostri sanguinis; ex eade que innotescit, quinam sint spiritus nostri inn ætherei, vt & calor noster natiuus & humor dicalis, quæ duo corpus nostrum fulciunt, vita que tuentur, & quorum adminiculo alter alter opus habet. Innotescit etiam distinctio humi tatis vitalis, nutrientis ab inutili & excremen sa. Constat quoque in effluentium genere, qu nam sint humida, & quę sicca; quæ ex ijs natu nostrę obesse aut prodesse possint. Quam q dem pulcherrimam sanguinis anatomiam, à c ctissimo, & rerum naturalium medicarum expertissimo Quercetano, lib. de priscorum P losophor

phorum veræ medicinæ materia, & cap. De aturis rerum internis, optimè descriptam, vt riusculam & auctoritatem excedentem con- ò prætereo; sicut & pulcherrimas alias, vini n sanguine similitudines, quas in sua Tetrade n describit.

38. Quia est humanę vitæ remedium & fir- mentum, vt ait D. Chrysostomus in suis com- ntarijs in Genesim, vt refert Augenius Ep, d. Tom. 3. Ep. 9. *Vbi docens caussam cur Noë cupidus fuit plantandi vineam, respondet, benè um fuisse ipsi Noë, quantam vim haberet vinum endi mœrorem, & tristitiam animi, sanandi mor- , roborandi vires, animoq; languenti vigorem & ritatem addendi. Et quia post diluuium multa nt, quæ tristitiam adferrent homini, & ipsa homi- natura imbecillior magisq; obnoxia morbis erat a, meritò quamprimùm vinum habere studuit, quam humanæ vitæ solatium, remedium & firma- ntum.*

39. Quia vinum nunquam senescit, intellige veris, & optimis vinis: quòd quidem maxi- m bonitatem atque præstantiam arguit. Vt m scribit Alphonsus Lupeius in libello de vini mmoditatibus: *Vinum, vt plenis laudibus quidā orarent, dictitarunt nunquam senescere, vt libro leni de theriaca ad Pisonem est exaratum. Plinius m 14. libro inquit, durare aliqua vina ducentis is. Verum est, fateamur vinum quodlibet, vt reli-*

qua

qua ſeneſcere, breuemq; metam eſse nactum, rep
mus ipſum inſigne munus fuiße adeptum, quale
ex mortalibus nulli fuit impartitum. Quippe vi
poſtquam ſenio confectum vaneſcit, in liquorem
ſtantißimum migrat: quo (vino excepto) homi
accommodatiorem natura genuit nullum. Quo
vinum mortuum, acetum eſt, cuius mirificam vi
vſum nemo eſt, qui non nouit. Quippe quòd humo
appetentiam conciliat, humorum putrilaginem a
runcat, venenis & graſſanti morbo aduerſatur,
(quod maiori admiratione dignum eſt) cadauera
putria conſeruat. Cùm enim omnia, quæ vita de
cta ſunt, putrilaginoſa ſint, fœtoremq; aſpirantia,
taq; inimica, ſolum vinum ſuo naturali calore deſt
tum, putredini aduerſatur, fragrantemq; refert
rem, & quodammodo ipſi morti opponitur. Nam
ut diuina quædam anima, vt & cadauera viua
facitat.

Sed de aceto, capite proprio.

90. Ob quas omnes cauſſas cum Alberto M
ſęo, Patauino Poëta, quem vini admirandę vir
tes non latuerunt, hoc ſecundum caput abſol
mus; qui ſic ait:

Rebus in humanis ô nimis laudabile vinum,
Præcipuè aſſuetis, vita pars maxima noſtræ.

Si verò præſtantia ac ſuauia vina moderatè po
neris, verum erit illud, nobile carmen Homeri.

Si biberis, magnum referes, mihi crede, iu
men.

Cap

Caput tertium.

VInum secundum omnes sui partes, est præstantissimum alimentum. 2. Vt medicamentum omnia alia remedia, quamuis preciosiora superat. 3. Colo-
dores, sapores & vires omnium rerum ad se tra-
4. A peste liberat. 5. In pestilentia mag-
vim habet. 6. Est prolificum. 7. Cur pleu-
ardeant desiderio vini. 8. Naturale ventriculi
ramentum tuetur. 9. Nihil æquè succum me-
olicum recreat. 10. Phrenesi cum deliquio ani-
ciatæ, & cum vigiliis exhibetur. 11. Marasmo
orbo conuenit. 12. Humores crassos in oculo-
unicis, aliisque partibus ad caput attinentibus
uit. 13. Palpitationem à sanguine pituitoso
mientem curat. 14. In febribus pituitosis ex-
ur. 15. In Ephemera. 16. In continuis, ter-
, quartanis Galenus concedit. 17. Item vbi est
etudo illud exhibendi. 18. Item in febribus &
imento, & vt medicamento vti possumus.
uibus in morbis Galenus vino vtatur. 20. Gra-
vtile. 21. Item podagricis & arthritidi.
xceptis quatuor casibus potest in omnibus morbis
eri. 23. In nulla ægritudine inhibendum.
ppetitum alimentorum excitat. 25. Sudores
sat. 26. Ex morbo conualescentibus prodest.

27. Vim

27. *Vim narcoticam habet.* 28. *Vulnera exsicca*
29. *Choleram morbum acutißimum sanat.* 30. *It*
Stranguriam & Dysuriam. 31. *Conuulsionem, gr*
uißimum morbum depellit. 32. *Item Colica*
33. *Rigores atque febrium horrores soluit.* 34. *Sy*
copem, periculosißimum cordis affectum, penitus prof
gat. 35. *Quartanam exterminat.* 36. *Canina*
appetentiam sanat. 37. *Anxietudinem, oscitati*
nem, &c. exterminat. 38. *Vteri suffocationem*
nit. 39. *Ab oculorum dolore ægros liberat.* 40. *F*
cit ad diuturnas præcordiorum affectiones. 41.
multa venena. 42. *In omnibus ferè remedijs vinu*
aut acetum adhibetur. 43. *Infinita ferè vina arti*
cialia. 44. *Iulapia ex vino.* 45. *Syrupi ex vin*
46. *Clareta.* 47. *Vina purgantia.* 48. *Vinu*
spirituum vitalium copia abundat. 49. *Vina pu*
gantia sunt ægris grata, & vilis pretij. 50. *Vi*
Hippocratica. 51. *Vsus vini in diuersis reb*
52. *Vino & medicina nemo vnquam priuari debe*
53. *Quicquid saluberrimum in plantis, illud omne v*
no communicari potest. 54. *Sacræ Scripturæ, &*
vniuersæ Medicorum scholæ aduersatur, qui vinum i
hominum detrimentum fuisse concessum aßeri
55. *Varia vina diuersas vires, &c. obtinent.* 56. *Vi*
num olim potius pro medicamine, quàm pro potu fui
57. *Non vinum, sed vitæ intemperantia est criminan*
da. 58. *Vinum non inebriat.* 59. *Prima vu*
solùm accipienda. 60. *Cui non arridet vinum, a*
satietatem vsque aquam bibat.

1. Vinur

VInum est non solùm præstantissimum corporis nostri alimentum; nam, vt in-
Augenius Tom. 3. Epist. medic. lib. 9. c. 17.
maximè spirituosum, est calido innato amicum;
verò temperatum, substantiam habet sanguini &
bus similem: qua, crasso & viscido humore parti-
, verè solidas fouet. Etenim, vt superiùs dice-
Vinum non caret substantia crassa, qualis conti-
deponitur in fundo dolij. Habet etiam nonnihil
ditatis, vt ostendit ipsum tartarum adhærescens
, ex crassiori vini parte generatum; nisi enim visci-
rem haberet, adhærere non posset.

Et admirandis virtutibus præditum, vt in
cedenti capite ostendimus: verùm etiam, est
iculosum medicamentum, præsertim in
ous refocillandis, in animi deliquio, syncope,
n iam animam spirantibus, & eiusmodi, in
ous est tantæ facultatis, vt alia præstantiora,
reciosiora, à gemmis, auro, vel ab ipsis Indis
emis petita longissimè vincat. Vt enim præ-
ssimè scribit Felix Platerus in quæst. Thera-
r. q. 88. *Ac primũ quidem, quod admiratione dig-*
est, & in alijs plantis non inuenitur, quòd cùm
enti & medicamenti naturæ sit particeps, & nu-
ndo atque fouendo corpus, nulli ex alimentis cedit,
usq; alterando atque immutando, idq; subitò &
si in momento, omnia reliqua medicamenta exu-
re videtur. Huic accedit, quòd licet eximia sit il-
vis, tamen continuo illius vsu, eoq; immoderato
ladi-

lædimur; & quemadmodum suas vires statim exer
nosq̃ immutat: ita statim quoque easdem remittit,
ad pristinum statum corpus redire sinit, sine alio (n
illius vsu admodum peccetur) incommodo.

Quæ qua ratione accidant, paulò diligentiùs exp
canda erunt. Quòd corpus nutriat, vti nemini dubiu
est, ita hoc maximè senes, & imbecilles norunt, præse
tim verò ex ægris, qui nauſea laborantes, cibos al
fastidiunt, vinum solum expetunt, eoq̃ solo sæpè
multos dies sustentantur, & reficiuntur.

Accedit huic, quòd præterquam quòd defectum h
midi, nutriendo resarcit, simul etiam spiritus resta
rat, refocillat caloremq̃ natiuum, præ cæteris omnib
alimentis fouet, ita vt minima illius quantitas, in v
ribus recolligendis, in animi defectu, deliquio, synco
etiam iam animam agentibus & morituris, plus po
sit & præstet, quàm vel alia præstantiora alimenta e
medicamenta preciosiora, à gemmis, auro, serico, v
ab ipsis Indis extremis petita. Quod vt quotidiana t
statur experientia, ita longiori probatione non ind
get.

Cæterùm vt ad medicamentosas illius accedam
facultates, præter eas, quas in concoctione iuuanda, di
stributione alimentorum promouenda, naturalium
vitalium atque animalium functionum efficacia suf
citanda, exerit, quas omitto, adeò vinum sensus alte
rat, animum mentemq̃ immutat atque peruertit, v
vix dum aliud pharmacum, quod tam potenter, tam
q̃ citò operetur, & tam multa præstet, inueniatur, no
ex

ſis etiam validißimis, inter quæ & purgantia oticaq3, ipſaq3 venena præcipua cenſentur.

rimùm enim oſtendat mihi aliquis medicamen-, quod mentem ipſam, etiam grauißimis curis, tibusq3 oppreßam obtenebratamq3, æquè & tam ò, veluti ictu exhilaret, tranquillam, & à curis, itudinibusq3 quietam placidamq3 reddat, atque n vinum. Quod ſolum vnà cum ſuaui Muſices entu, cor hominis exhilarare, etiam ipſe Sapiens uit & prædicat. Non ſanè vlla alia medica-a, vel cephalica, vel cordiala id præſtabunt, non uluis requici, nec lætitiæ dictus Galeni, non ipſe um cantus id tam eleganter & citò, vti vinum t.

uin quòd implacabiles animi affectus doloreſque, ec herbis nec verbis, nullisq3 admonitionibus, ſa-e conſolationibus, in melancholicis aut mœrenti-itigari aut tolli poſſunt, compeſcit, ſedatq3. Et temporis diuturnitate tantùm fieri poſſe ait Ci-ollud vnico veluti momento innuit.

Verumtamen non generatim & vniuerſè, gillatim de eo loquamur. Scribit Ariſtote-: de inſomnijs, vini miram naturam eſſe, ad nos trahendi ſapores, non modò rerum in ortè corrigendo iniectarum, ſed & earum, d dolia extrinſecus patent: & iure meritò. m vinum colores, odores, ſapores ac vi-nnium rerum ad ſe trahere, longiſſima ex-tia fuit obſeruatum.

4. A peste quandoque liberat, vt Athenie
ab ea vindicauit, Luciano teste. *Toxaris Me*
vini odore Athenienses à peste liberauit. Et quo t
pore M. Antonius Imperator bello Parthos
stabat, nata est quædam pestis, quę præter ol
& vinum, quibus omnes sanabantur, cæter
media spernebat: Referunt Arrianus & Syn
cius in Prædic. qualitatis.

Cùm exercitus etiam Iulij Cęsaris cibo
inopia, prauis alimentis vteretur, correptus
ui verò vinũ grauibus incommodis & nocu-is plurimos affecit mortales, vitę intẽperan-, furiosam vinolentiam, voracẽ crapulam, & is libidinẽ nõ illud, cuius proprietas & na-non est, quemquam inebriare, nisi quis eo utur, vt Augen. in ep.med.prob. criminẽtur. Is enim ep.med. 5.c.4. hanc suam sententiã rgumentis probat: *Porrò vinum totius substã-oprietate non inebriat, nec inebriare proficiscitur ura vini vt vinum est, ita vt statuere debeamus, ni proprietatem. Quod tota substantia conuenit, id semper & omni conuenit: at inebriare non r conuenit vino; deinde quia neque omne vinum iat; non enim oligophorum aquosissimum, vt Galeno loquar: non dulce Aristot. testimonio abet inebriandi. Neque debemus dicere hac non ema, vt quibusdam placere scio, quia illis certè, vt nus, non solùm nomen, sed etiam vini definitio enit. Deinde quod alicui per propriam naturam enit, semper proportionatum efficit naturæ. At quocunque generoso vino, id non semper inebriat. int ebrietatem fieri ratione quantitatis vini; neque nstat, quandoquidem in dies videmus bibaces dam, qui etiam si dolia ingurgitarent integra, tamen inebriantur: Alios videas ex potu tantillo etiam non admodum generosi, inebriari statim.*

Hoc

Hoc quidem non esse tribuendum vino constat. N
si ebrietatis caussa solùm est vinum: vtique alij p
non inebriarent: at inebriat maximè ceruisia, Zyth
& alij potus quamplures; inebriat aqua, qua cum
coctum lollium, ac multo magis dissolutum sit. Vin
igitur, quia calidum, odoratum, vaporosum inebr
immoderatè sumptum, non omnes, sed eos quorum
pita imbecilla sunt: at quæ firma & valida sunt,
cilè resistunt; quamobrem naturam vini, aut prop
tatem totius substantiæ non sequitur ebrietatem in
cere, sed accidentariam quandam, vt dixi, disp
tionem.

Verumtamen, ne iam dicta, cum nausea re
tamus, experientia in dies comperiunt Med
vini virtute syncopizatos releuari; & iam m
ferè destinatos, multoties præter spem euade

59. Et cùm Anacharsis, teste Diogene, vit
tres vuas ferre; primam voluptatis, secund
ebrietatis, tertiam mœroris, protulerit, *Homi*
solùm primam vuam, vt inquit Lupeius, *accipi*
& nunquam quid culpa dignum in vino reperie
Desine fundere, & ego desinam fluere, aie
Catarrhus.

60. Cæterùm, si quibus vinũ humanæ vitę t
vtile & necessarium non arridet, aquam, p
prium animantium potum, ad satietatem vsq
ebibat; iuxta illud.

Vina bibant homines, animantia cætera fon
Absit ab humano pectore potus aquæ.

C

Caput quartum.

V*Inum degenerat in acetum, quod est liquor vino potentior.* 2. *Est quædam vini regeneratio.* 3. *Tempestates sedat. Lapides frangit.* 5. *Vniones in pulue-*
dißoluit. 6. *Qua macerat.* 7. *Silices domat.*
adicatum, potentiùs saxa dirumpit, lapidesq; re-
s comminuit. 9. *Plumbum ex aceto in cerussa*
eritur, &c. 10. *A peste potenter præseruat, &*
nis omnibus aduersatur. 11. *Vehiculum est ali-*
torum. 12. *Faciei rubores tollit.* 13. *Sitim*
opicis extinguit. 14. *Cum aqua mistum, me-*
refrigerat. 15. *Singultum curat.* 16. *Nul-*
ignis extinctiuorum efficacius. 17. *Destilla-*
cum aqua vitæ gallica faucium & gutturis vlce-
curat. 18. *Acetum vomitiuum mirificè purgat.*
. Acetum, appetitum acuit. 20. *Ventrem laxat.*
. Ad debilitatem valet. 22. *Ad lethargum.*
Adustioni ignis confert. 24. *Item sodæ calidæ.*
Panaricio, initio vtilißimè adhibetur. 26. *Ad*
ltas corporis ægritudines est præsentaneum reme-
m. 27. *Lethalem Aspidis morsum sanat.* 28. *Ex*
to destillatur oleum, quod oleo vitrioli non cedit.
. Facit penetrare medicamenta, quæ non penetra-
t. 30. *Fronti applicatur.* 31. *Nihil putrefa-*
mi obnoxium relinquit. 32. *Cum eo & aqua*

vitæ

vitæ aurum potabile paratur. 33. *Pauca med menta, quæ acetum non recipiant.* 34. *Fome tiones ex aceto, in curandis scyrrhosis tumoribus o mæ.* 35. *Ex aceto destillatur aqua ad oculo maculas vtilis.* 36. *Aceti candidi vires.* 37. *A destillato extrahuntur olea de metallis, &c.* 38. *A vitæ ex eo destillatur.* 39. *Acetum laxatiuum, bile remedium.* 40. *Vires Oxymel.* 41. *Sy acetati.* 42. *Oxysaccharæ.* 43. *Aceti theria lis.* 44. *Oxymel. scillitici.* 45. *Acetum m reseruat.* 46. *Cibariorum insipiditatem emen* 47. *Condimenti numeros omnes implet.* 48. *C multa condire alia non possunt, acetum solum con* 49. *Nihil in culina, quod aceto aut vino non cond tur.* 50. *Quale sit vinum, acetum euidenter monstrat.* 51. *Sine aceto vita, mitior degi non pot* 52. *Tartarum, ad quid vtile.* 53. *Oleum tart valet ad impetigines.* 54. *Vtilitas pulueris tarta* 55. *Ex tartaro fit oleum ad fucum.* 56. *Sal tart auget vim medicamenti.* 57. *Acetum aciditate s liat.* 58. *Vires diatartari.* 59. *Vires aquæ t tari.* 60. *Tartari tinctura.* 61. *Magisterij tart ri.* 62. *Olei tartari sublimati.* 63. *Vires fæ vini.* 64. *Vsta.* 65. *Floris.* 66. *Fæcis ace* 67. *Ex his vini prærogatiua.*

1. VInum aut per quandam corruptione in acetum sponte degenerat, dissolu proprio & naturali ipsius vini calore, aut ali q temporis spatio interiecto, vel etiam statim ar

co

icitur. Quamobrem cùm sit vini soboles, breuiter in hoc capite tractabimus, cùm minores habeat mero commoditates, & in ib⁹ sit vino melius, mirabilius, immò prodi- ĩmile; vt enim ait Baccius lib.1.c.23. *Immò sit acetum quædam vini soboles, non obstantibus ni prærogatiuis, quot aliàs fortè non inuenies in natura vegetabilium rerum, difficilè erit vtique iere, vtrum ad vitam sit vtilius, an vinum, an m.*

Quia acetum est quædam vini regeneratio, em lib.1.c.23.de nat. vin. affirmat: *Haud ribus ergo statuendum est, acetum præditum esse gatius, scilicet quòd non vinum mortuum, non dinosum quiddam dicendum, sed pro nobilitate ti, vini inquam generosi regeneratio quædam, & ultera farfella viuacibus suis spiritibus nuncu- u est.*

Sæuissimam tempestatem, & nauigantium lium sedat, vt Plinius lib.2.cap.48. asserit: *erò depresso sinu arctiùs rotati effregerint, sine hoc est, sine fulmine vorticem faciunt, qui Typhon ur, id est, vibratus Ecnephas. Defert hic secum id abruptum è nube gelida, conuoluens versansq̃, inam suam illo pondere aggrauans, & locum ex utans, rapida vertigine præcipua nauigantium non antennas modò, verùm ipsa nauigia con- frangens; tenui remedio aceti in aduenientem , cui frigidißima est natura.*

4. Quia

4. Quia Annibal inuias Alpium rupes, inaccessos aditus rupit aceti aspergine, quod nis, cuius vis est potentissima & efficacissima ficere haud potuisset: & hæc historia omn nota est.

5. In tabem & puluerem vniones & marg tas resoluit, qua facultate nulla alia res est buta, &

Extat apud Plinium lib. 9. cap. 35. & Mac bium lib. 3. Satur. & refert quoque Langius e medic. 2. epist. 33. *Nouit & Cleopatra nouiss Aegypti regina tabificam aceti acedinem, quæ su bo simul, procaci quoque fastu, vt regina meretrix tonio Consuli Romano vna cœna se solam centies stertiûm absumpturam obijciebat. factis sponsioni duos habuit vniones, ex auribus pendulos, quibus p dere, magnitudine, & candore pares non spectauit riens. dum secundæ mensæ bellaria apponerentur, alterum aure detractum, Oxybapho aceti imme quem liquefactum absorbuit. Alterum quoque sumpsisset, nisi L. Plancus sponsionis Iudex ob tisset.*

6. Ouum in acerrimo aceto triduo maceratum, plus paulò in eam teneritatem testa mollescit, vt v ti tenuis membrana per annuli angustiam adigat Gratarolus de vini nat. c. 28.

7. Coticula quoque aut silex, aceto sept dierum spatio domitus, digiti attritu in puluer resoluitur. Idem Grat.

8. S

. Sed hæc omnia meliùs & citiùs præstat
ium radicatum, à chymicis appellatum, quod
nes durissimos lapides miraculosè frangit ac
mpit: vt enim affirmat Crato epist. 167.
terùm, partem eam, quæ post destillationem ace-
fundo residet, & acetum radicatum à chymicis
latur, sua acrimonia & vi corrosiua atque cau-
non modò margaritas, verùm etiam alia dissol-
& in cinerem quasi redigere. Hoc aceto lapides
ores soluunt chymici. Lege Crollium & Be-
ium.

ed si credimus Syluio, non solùm margaritæ,
ouorum, corallium vtrumque: verùm etiam
es renum, & vesicæ aceto destillato rum-
ur: & succi saxifragiæ, milij, solis, petrosili-
anisi, cum aceto destillati, vesicæ calculum
minuunt, si Epiphanio Empirico fides est
nda.

Et vt inquit Franciscus Hildestheim de ce-
& capitis morbis: *Quandò planè experimen-*
stet, oui putamina in aceto mollescere, marga-
in tabem resolui, plumbum ex aceto in cerussa
ri, & laminas æreas in æruginem viridem abire:
lexander Magnus integros montes peruios fecit
& fregit aceto, vt canit Satyricus. Quin etiam
nia montium saxa, quæ nec ferro, nec igne vinci
ant, aceto consperso in fibras descissa scripsit Li-

o. Tempore pestis corpora potenter præser-
uat,

nat, vt Auicen. 3. 1. doct. v. c. 1. dicit: A
præterea in cibo & potu vti in pestilentia
nocumenti ipsius securatio. Quare medici
cipiũt, pestifero existẽte aëre, vti aceto in cib
potu, & vt inquit Pareus in sua chirurg. lib.
c. 8. de peste: *Cæterùm, acetum omnibus in g*
venenis, seu calida sint, seu frigida, aduersatur, pu
dinem arcet, quia frigidum & siccum: itaque in
cadauera, carnes, herbæ, fructus & alia pleraq
multum tempus imputria asseruantur. Nec verem
ne illitum corpori frigore suo obstruat. Nam tenu
est partium, & incocta aromatica aperiendi
habent. Qui totum corpus eo lauare, molestum di
rit, lauet saltem axillas, regionem cordis, tempora
guina, & genitalia, quibus cum visceribus nobis
maxima est & aperta sympathia. Querceta
in Diæteticon: *Satis fuerit nobis addere in v*
ciborum condimenta acetum vsurpari, quòd inter
tera, sit strenuus gulæ & appetitus stimulus, cuius
rò etiam vis est incidendi, aperiendi, deobstruendi
dores bilis moderandi, corruptiones & putrefacti
arcendi, concoctionem iuuandi, vel in stomachi
iam calidioribus, necnon in pestiferis morbis à co
gio vtentes, conseruandi & liberandi.

Gratarolus de vini natur. c. 28. *Simili penetr*
te vi resistit venenis, ac pestilentis morbi contagia
pellit, sic vt consultè faciant, qui grassante morbo
pulari, moderatũ aceti vsum sibi familiarem redd
Dissipat enim ac discutit vitiosum aërem, & si qui
co

us hauſtum eſt, prohibet humores infici, & putreſ-
, vt Daniel Sennertus lib.4. de febribus: *Et*
ſentiunt in hoc doctiſsimi quique Medici, aceti
ipuè, in quo medicamenta alexiteria macerata
int, cùm extra adhibiti, tum propinati, maxi-
m vim eſſe ad præſeruandum corpus à peſtilentis
eni corruptione.

11. Vehiculum eſt alimentorum, tranſeundo
mbra confortat, & facultates excitat ad ſua
cia exequenda, teſte Bacciolib.1.c.23.de na-
. vinor. *At acetum cùm medicamenti potiores ob-*
at vires, ſi non alimentum eſt ſui tamen ſubſtan-
non minus naturæ gratum vehiculũ ei ſit ampliſſi-
m, non diſtribuendo tantùm ad corporis partes ali-
ntum, confortando interim, quà tranſit membra,
itando vias, ac omnes naturales facultates excitan-
ad ſuas operationes obeundas, ſed innumeræ ſunt
dicinæ, ac nobilia antidota, quæ non perficerentur
auxilio aceti.

12. Faciei rubores delet, teſte Pareo in ſua chi-
gia lib.35.c.45. *Quin & acetum acre, coctum*
u furfure & aqua roſacea, appoſitum, rubores faciei
enter extinguit.

13. Sitim hydropicis mirificè extinguit. Nam
ſcribit Horatius Reſecus in conſ. medic. 131.
etum hydropicis ſitim extinguit mirificè & com-
cit. Expertus ſum acetum aqua chalybeata dilu-
n, ſola oris ablutione ſitim fregiſſe.

14. Cum aqua mixtum in magnis calorib.

refrigerat meliùs, & sedat sitim, vt inquit Iuli Alexandrinus salubrium lib.33.c.21. *Et acetu prestiterit idem, peculiariter autem habitudinem magnis caloribus refrigerant meliùs, & sedat sitim.*

15. Singultum curat, vt refert Arist. sect. 3 probl.5. quia humor circumstans ventriculi o ficium, prohibens eructandi licentiam, per vi aceti liquefactoriam extenuatur.

16. Inflammationes, febrisque ardores, baln æstum, & ex calore sitim mirificè sedat: qua rectè Plutarchus Sympos.3.c.v. *Nullum ignis e tinctiuorum aceto est efficacius, maximè omniu tuincit & supprimit flammam ob frigoris excessum.*

17. Item destillatur acetum cum theriaca ac dita aqua vitæ, exitque aqua, teste Fracastori multarum virtutum mirabilis ad vlcera fauciu & gutturis, cùm ex prauis destillationibus i morbo Gallico eroduntur: præcipuè autem v lens, vbi profundiùs deduci vis medicamenti d bet, &c.

18. Item acetum vomitorium, quod, vt scrib Hieronymus Rubeus, mirificè & optimè stom chum purgat, & Oxysacchara vomitiua est ho tempore in frequenti vsu.

19. Acuit appetitum, *quia superflua, quæ in h pate sunt, attenuat*, vt ait Georgius Valla in Phy sicis quæstiou. *& eius apilationes dimoueat, meat diducendo, atque attenuatu redundantijs & aperi*

meat

us iecoris, plus ex meatibus exigit caloris, qui bsumit, & appetitum exacuit.

Item *si inuenit stomachum plenum, laxat u; si verò inueniat vacuum, tunc constipat* Crescentius de omnibus agriculturæ par- b.4.c.45.

tem *valet ad debilitatem ex ægritudine, si in tur panis aßus, & ex eo pane mollificato tin- os & nares patientis, & venæ pulsabiles in , & super ipsis venis ligetur panis prædictus.* ibidem.

tem *valet acetum contra lethargum & phre- d fiat fricatio circa volas manuum & plantas um aceto & sale.* Iem ibidem.

uicenna autem dicit, quòd acetum etiam adustioni ignis, quando miscetur vino, t cum oleo rosato. Ibidem.

Et conquassatur & infunditur in eo lana non & ponitur super caput, confert sodæ calidæ, & tio ad idem valet.

pprie cum albunine oui confert medicinæ den- , & vaporatio aceti calidi confert difficultati & acuit ipsum, & aperit opilationes col- fortiter, & resoluit sonitum, & quando- itur calefactum, post medicinas mortales, ad membra.

ceto fit prima curatio panaritio, quod tema calidum, accidens in summitate ali- giti, in latere vnguis, cum vehementia

doloris & inquietudine & punctura intan
vt interdum inducat vigilias, & similia, vt o
ditur à Valesco tract. chirurg. c. 24. in prin
enim Galenus, Auicenna, Petrus Bayrus, &
digitum in aceto calido submergi præcipiu

26. Ad multas corporis ægritudines est
sentaneum remedium. Dioscorides lib. 5. ca
Acetum refrigerat & adstringit, stomacho vtile,
tentiam excitat, erumpentem vndecunq; sangu
potu insessuè sistit, prodest alui fluxionibus, c
cum cibis, cruentis vulneribus inditur: inflamm
nes arcet, in succidis lanis aut spongia impositum
primit procidentia sedis, vuluaq;: item absce
gingiuas, & sanguine manantes. Ad nomas &
sacrum, vlcera quæ serpunt, lepras, impetigines,
gia cum aliquo conuenienti efficax est: phagadæn
cerum nomasq; fotu continuo cohibet: podagri
lido fotu cum sulphure auxiliatur: sugillationes
cum melle illitum. Contra capitis ardores cum
ceo in succidis velleribus aut spongia imponitu
aquam intercutem, grauitatem aurium & soni
bilosq; feruentis vapor proficit; instillatum q
aurium vermes necat. Panos coërcet tepidi fotus,
imbuta aceto spongia admoueatur: pruritus pe
cet. Contra venenatos serpentium ictus, qui r
rando nocent, calidum commodè fouetur, & fri
ijs, quæ exurens virus eiaculantur. Calidum
æque vomitionibus redditum aduersus omnia
efficax est, præsertim contra meconium, & ha

tam, conglobatum in ventre ſanguinem, lac coa-
tum, fungos, ixiam, taxumq; cum ſale: hauſtu
tas hirudines, ſi ſorbeatur, eijcit, tuſsim veterem
gat, & recentem laceſsit. In orthopnæa calidum
modè ſorbetur; gutturis fluxiones gargarizatum
bet: anginis & vuæ procidenti conuenit, contra
ium dolorem, calidum colluitur.

7. Lethalem aſpidis morſum, qui vltra qua-
horas vita hominem priuat, eporum acetum
it, vt medici affirmant; & Celſus exemplum
uero quodam affert.

8. Item ex aceto deſtillato liquor mordax ac
litate cauſtica imbutus, nec ipſi oleo vitrioli
ens, elici poteſt, teſte Quercetano in Alexi-
o: *Demonſtrationis autem noſtræ initium duca-*
à fæcibus, poſt aceti deſtillationem in fundo vaſis
luis. Harum fæcum ſi libram vel amplius, in retor-
vitrea cum recipiente probè lutata, aperto igne
lis ad oleum vitrioli craſſius extrahendum ad-
ri ſolet) deſtilles: aſcendentes primùm videbis
tus craſſos, ac inſtar nubis ſpiſſos, ac conſequenter
oreos, qui citra ignis diuturnioris ac continui
ntiam planè ſeparari nequeant: paulò pòſt verò
leum, ſeu liquorem mordacitate ac qualitate cau-
, nec ipſi oleo vitrioli cedẽtem, ambientis ipſos aëris
ore denſari conſpicies.

9. Facit penetrare medicamenta ad ea loca,
quæ fortaſſe non penetrarent, vt inquit Me-
. Quare Galenus acetum ſuis medicinis miſ-

cet, & in neruorum vulneribus profunc
bus, aceto vtitur, quia putat id vim suam an
re, antequam ad locum deueniat: & ob ea
rationem in renum linimentis Medici ac
acetum, & illud acre, eò quod hæc pars
profunda, vt penetrari non possit, nisi à me
mento valdè acri & penetrante. Et ratio
deest; nam vt ait Ioannes Bapt. Montanus
1. suę medicinæ: *Sic facit atra bilis, si supra te
spargatur, quod acetum facit, dum in locum cau
sum penetrat, & porosum, vbi flatum inuenit, vel
tum aliquem, cum quo pugnat, ex qua pugna na
ab aceto ebullitio, & interdum frangit etiam te
sicut Annibal aceto feruenti fregit Alpes inter Ita
& Galliam, cùm adeò penetraret acetum feruens
sos lapides, vt in montibus etiam solutionem fa
quibus rupturis factis, viam atque iter sibi, q
Italiam progrederetur, patefecit.*

30. In capitis doloribus intensissimis fi
applicatur, alijs permixtum.

31. *Nihil putrefactioni obnoxium relinquit,*
Iulio Alexandrino salubr. lib. 18. c. 8. *Cæteri
aceto penetrandi, atque ad profundum se per o
indendi vis ambas hasce efficaces magis adijcit,
particulæ omnes imbutæ, nihil putrefactionis cau
noxium expositumvè relinquant, ipsæ primò s
res factæ, ne peregrinum humorem facilè excip
frigiditate autem, cùm externum calorem arc
tum internum, inuentum prius, inclusumq; coërc*

i ex calidis aceti particulis, quamuis non multis, monia sæpè tamen multa, quod acria omnia fa-t, ipsa quoque partem suam excludendis putrefa-nis caussis conferet.

12. Aurum potabile chymici cum aceto & a vitæ facillimè conficiunt, Lege Fumanel-n de compos. medic.

13. Pauca sunt medicamenta, exteriora præ-im, quę acetum non recipiant. Lege Francis-n Alex. in Apoll.

In Mycleta, multa macerantur in aceto. In phera Gal. scoria ferri in aceto maceratur. In sica lib. iij. aceti. In trocis. è cappar. Actuarij centur omnia cum aceto. è scolopendrio, am-niacum aceto liquatum. In syrupo de v. rad. litur in fine acetum. In syrupo acetato è succis barum, acetum; & sic de cęteris. In syrupo do ex pomis, ex coton. è pomis secundo, ace-n. In syrupo ex intybo Mes. acetum album. In upo de passis, acetum non acerrimum. In sy-o Nympheæ, acetum album. In syrupo ex ar-emisia 2. acetum acerrimum. In condito ex ctibus, acetum. In puluere baccarum Myrthi, lta in aceto infunduntur. In Epithem. com-ni pro corde, acetum rosatum. Pro hepate m. Pro fronte acetum album. In odoramento to vulgari, nigella aceto maceratur. In odora-nto communi, acetum rosatum. In oleo de par. acetum. In vnguento Apost. acetum. In

Diacapar. Actuarij acetum. Ex cantharid
acetum. Ex cerussa, acetum album. In Ægy
co magno, acetum acerrimum. De lithar
crudo, acetum. In sporicon Alexandri, ace
In hederacio, acetum album. In albo Galeni,
tum album. In Rumicis oleo, acetum. In ce
Bdellij, acetum; Galbani, acetum; Isis Epi
ex Galeno, acetum acre. In emplastro cr
panis, acetum.

In Scribonio Largo hæc & alia inueneris:
dolorem capitis, duo sextaria aceti acerrimi
2. composit. Platani, pilulæ aceto incoctę, i
omnia ingredientia aceto teruntur. in 9. sin
ex aceto trita, ad trahendam pituitam per os.
comitialem morbum, cyathi tres aceti: ad
morem & exulcerationem aurium, duo sext
aceti acris. Ad Parotidas, aceti sextarius. Ad er
tionem sanguinis è naribus, acetum acre inf
ditur in aurem, cuius è regione sanguis fluit.
Anginam, acetum. Ad suspirium acetum scillit
duo cyathi aceti calidi. Ad sanguinis eruptione
spongia ex aceto acri, &c. Ad calculos, aceti t
cyathi, &c. Ad podagram, lana succida ex r
& vino, & faba mollita ex aceto. Mala cit
cocta ex aceti sextarijs tribus. In emplastro T
phonis, aceti ciathus vnus & dimidius. In emp
stro Megetis chirurgi, aceti acris sext. 4. in vir
Triphonis, acetum, & in reliquis, aut vinum a
acetũ. Ad condylomata, elaterium, &c. ex ace
dilutur

um. Ad ignem sacrum, aceti sext. vnus. Ad
m, aceti sext. vnus. Ad scabiem, halica ex
macerata, &c. Ad præcordiorum tensio-
ventris stomachi duritiem cum dolore, ace-
s sext. vnus. Ad lienosos, acetum. Ad luxum
sum, canis morsum, parotidas, strumas, po-
m, aceti sext. duo. Ad podagram, crocum
n ex aceto. Multa prætereo, ne lectoribus
stus sim.

. Item fomentationes ex aceto, inter quas in
dis scirrhosis tumoribus, acetum, in quo
es aut molaris ignitus extinctus sit, sum-
laudem promeruit: *Nam sæpè in ipsa suspen-
& motu*, vt scribit Guielmus Budęus de
dis art. morb. *partis cuiuscunq; induratæ, ab
o vapore durities dissoluta est. Vis autem aceti
terualla quædam, locis iam remollitis admota,
s, viscidosq; humores incidens ac soluens, non
criter eiusmodi affectibus prodest. Pyrites autem
osam substantiam intra musculos latentem euo-
discutit.*

. Item humano artificio fit ex aceto quædam
, quæ, vt inquit Cardanus, vtilis est ad ocu-
n maculas, & suffusiones detergendas,
m è si albo aceto ruta incoquatur.

5. Item acetum destillatione candidum red-
, cùm ad alios chymistarum & medicorum
tum vt syrupo acetoso misceatur. De quo
Bulcasim.

37. A-

37. Acetum destillatum, quo in extrahe oleis de metallis, antimonio, plumbo, cerussa mici vtuntur: imò eo ipsamet metalla & lapi Philosophicum dissoluunt. Lege Arislaur lapide Philosophico.

38. Item ex aceto aqua vitæ distillari po De qua lege Quercetanum, Pareum, & alios

39. Item fit acetum laxatiuum ad com dum & iucunditatem, tum sanorum, ad pra uationem, tum ad blandam purgationem æ rum, qui pharmaca abhorrent. Illud enim paratum, fallit ægros cùm acetario cocto, vice dinarij aceti ante alios cibos comestum; quo familiariter vtor: & multis illud fuit non mi vtile, quàm iucundum.

40. Item ex aceto fit Oxymel, quod humo crassos, lentos, ac pituitosos incidit, extenuat, abstergit, obstructiones aufert, sputum educit sitim sedat.

41. Item syrupus acetatus, qui affectibus bil sis, febribus maximè auxiliatur, quia bilem nuitate & caliditate furiosam frangit, & ext guit; humores autem crassos tenuat, incidit, c structiones aperit, vrinas mouet, ac sudores.

42. Item Oxysacchara, quæ confert ad feb tertianas, tertianas duplices, ardentes & hec cas.

43. Item acetum theriacale, quod morbis i benatis auxiliatur, putredinem humorum arc

res prolicit, pestilentiæ contagia dissipat, umptum ab infectione corpus tuetur, & vt it Bauderonius; *hoc in multis fœlici ssu sum vsus aduersus pestem anno Christi* 6.

4. Item fit acetum rosatum, citratum, caryolatum, passulatum, rorismarinatum, rutan, sambucinum, violatum, & multa alianosima, quæ in officinis venalia prostant, aut ocone oblatâ conficiuntur: & alia id genus tam rna quàm externa, ex aceto composita mementa.

'erùm inter omnia medicamenta aut simpliut composita, quę ex aceto fiunt, nullum scillino conferendum, quod his verbis ribit Galenus: *Acetum scillinum, quo omnes eratores vsi sunt, ab ipsius auctore fertur, quicunhoc vtatur, longæ vitæ fore & eius extrema intevsque ad finem permansura, & ipse quidem Sas senex huiusmodi extitit; quantum enim tempoixerit, haud ignoras de ipso. In libro traditum est, d cum suis consanguineis hanc facultatem comnicauit: cumq́ hoc medicamento vti incepit, nquagesimum annum natus erat, & vsq́ ad cennum decimum septimum vitam produxit, integer nulla vnquam aduersa valetudine tentatus; hæc medicamenti author disseruit, quòd fortasse vir losophus erat mentiri nescius. Nos verò viri huius i periculum fecimus, ac firmam, constantemq́ hu-*

ius

ius medicamenti facultatem eſſe teſtamur: Op
igitur ſumere ſcillam montanam libræ vnius po
rus, & dura circumcidere & mollia minutatim co
dere, & aceti acerrimi ſextarios octo in vitreum
mittere atque obturare, ac per triginta dies in Can
læ caloribus, vt maceretur, permittere: deinde ſcil
extractam exprimere: id genus aceti parum manè
bito, tibi autem hæc euenient, vt ne faucium o
partes vnquam remolleſcãt, os ventriculi benè vale
facilè ſpiritum duces, vox rectè habebit, oculi acut
mè cernent, aures in officio manebunt, nulluq̃ flat
ſus vapor in ventre vnquam excitabitur, nullum vi
ſuſpenſum erit, & benè ſpirans, benè coloratus de
ad ciuilia negotia rectè affectus: non acidum non
ſum ructabis, ſi aliquid aceti huius aſſumpſeris:
ieiunus vt aſſumas, præcipio, ſeptemq̃ poſtea ſtadios
ambules, ita enim diſſoluitur hoc aceto, qui vtitur.
victu quamuis licentioſus eſto, omnia enim ciba
conficiet, & à nullo vnquam offenſam patietur, ne
valde implebitur, ſed in melius proficere videbitur,
hil ſuperuacui in corpore reſidebit, non flatus, non bi
non ſtercus, non vrina, ſed omnia facilè excernit, a
educit, aluus lubrica omnino eſt, totiusq̃ corporis pu
gatorium medicamentum, etiamſi in oſſibus ſordes i
hæreant. Item phthyſicos ab omnibus deploratos h
medicamento ſanitati reſtitutos nouimus, morbo C
mitiali diuturno efficaciter profuit, vt niſi poſt lon
temporis interualla non redierit, incipientem verò
nouum diſcutit, neque reuerti amplius hunc affectu

pa

ittit: ad podagras prætereà & articulorum mor-
cinoris lienisq; duritias vehementer facit, & par-
ares quidem aceti scillini affectus hi sunt; commu-
utem quàm plurimi, quibus nos commoti saluta-
c medicamentum sanitatis integritatisq; causa ti-
adidimus.

.Acetũ res multas seruat, *propter siccitatẽ enim*
lectitur earum internum calorem naturalem, pro-
tq; quo minùs exeat, eademq; potentia externi vim
t, atque inuasionem vsque adeò, vt putrescibilem
tum Persicum, nedum alia etiam sub hyemem ser-
Gratarolus de natur. vin. c. 28.

46. Cibariorum insipiditatem & nimiam
cedinem emendat, vt scribit Carolus Stepha-
lib. 1. de nutrimentis: *Sic etiam aduersus non-*
lorum cibariorum insipiditatem & ventriculum
tidientem, nauseam, non ab re acetum in vsu ve-
, corporibusq; eam ob rem est vtile, quòd sua acidi-
e, cibariorum insipiditatem, aut nimiam dulcedi-
n emendet.

47. Condimenti numeros omnes implet. Iu-
s Alexandrinus salubrium lib. 18. c. 4. *Proinde*
re quod anteà diximus veterum authoritate, aceto
ulta insunt, quæ condimenti numeros omnes im-
eant: constitutio hæc ipsa primùm, coniunctaq; cum
ic tenuitas insignis, qua cùm penetrare in omnem
sonij partem, secumq; eò qualitates suas deferre; tum
ia permulta ad condimenti rationem deducere
ueat, vt semina, herbulas, radices, succos, aromata;

quæ per se nihil, cum aceto autem, aut alio tandem liquore simili, condimenti plurimum exhibere semp soleant fœniculum, anethum, cuminum, caros, sinapi, origanum, mentha, sisymbrium, & id genus, vt ne immeritò id omnium maximè condimenti nomen naturamq; suscipiat, quod ipsum per se tale maxime atque in primis est, & alia facere talia potest.

48. Quæ, multa condire alia non possunt, acetum solum condit, vt idem testatur. *Quapropter quæ multa condire alia non poterunt, acetum cõdierit diuersarum atque etiam contrariarum facultatum viribus pollens. Quippe non paucas quæ ignis & sali erant, ipsum quoque obtinet dissecandi, penetrandi, excalfaciendi, siccandi, vel maximè præterq; refrigeratoriam potentiam addit, qua non pauca indigent, vt ritè condiantur.*

49. Tandem nullum ferè conditum, nullum condimentum, nulla conditura, nulla patina carnis seu piscium, nullum esculentum, nullum minutal, nullum embemma, nullus intinctus, nulla fartura, nullum cibarium, nulla præparatio, nullus apparatus, nullũ ius aut iusculum, in quo aut aceto, aut vino culinaria disciplina non vtatur, vt videre est apud Celium Apitium de re culinaria; & vt inquit Bruyreuus de re cib. *Cibos non alius magis commendat succus, quàm aceti; sine eo enim vita mitior degi non posset, innumeros ad vsus escarum.*

50. Quale demum sit vinum, aceti exemplo

Mar-

ilus Virgilius his verbis luculenter de-
rat: *Quale homini vinum natura dederit, ex*
quod vitium eius est, facillimè ratiocinabitur
Intelliget enim omnium bonorum eius, quæ
ulta numero, vsuq; necessaria & grata ho-
nt, id, maximum meritò esse, cuius labes & vi-
m multas Medico salutis, patri verò familias
casiones afferat. Cibos quidem & sapores non
agis succus commendat, aut excitat. Nullus
tam efficaci remedio contra tot mala pug-
Neque ausim ego dicere vtrobi liberalior hu-
generi omnium parens natura fuerit. Id certè
ine inuidia fatebimur, esse quidem multorum,
nte sua vitiata, bonitatem suam amiserint,
itate & morbis aliquem vsum esse; item quæ
aut corrumpi ob easdem caußas à nobis cogan-
d nihil frequentiori opera, maioreq; diligentia,
nnum in quotidianos vitæ vsus, ad contrariam
rtunam transfertur, cogituṙq; deficiente aceto,
e vinum tantum naturæ munus, vt omnem do-
m rem, nihilo minore quàm vinum gratia ad
ustruat; adeò quidem vt in ciborum condituris
r non vini solummodò, sed omnium prope aro-
n, quàm aceti iactura toleretur.

Et Plinius lib. 14. cap. 20. *Aceti enim nequi-*
t virtus magnos ad vsus, & sine queis vita mi-
gi non potest.

Tartarum vini excellentiam atque præ-
am quoque demonstrat. Baccius: *Vnde ad*

multa

multa vtilis habetur purior, quàm nitrum sub nitriq; virtute aluum emolliens, si in subtilis pollinem, vel cum ferculis sumatur; lumbricos lis interficiens, abstergens sine vestigio caliditat & ad vias vrinæ, adque vesicam innoxiè viscid mores arenulasq; extrudens. Quare meo (ni fall uento didicerunt hic Romæ Medici cum salsa & senæ polline, octauam rasinæ huius partem im re in poculis, quæ ceu stimulus quidam excitet eretionem aluum, aliasq; promoueat vtiles opera & per sudorem.

Item Argentarij ad expoliendum, tin ad lauandum eo vtuntur.

53. *Ex tartaro fit oleum, quod valet ad impet scabiem, vlcera capitis manantia, cutem eruga ad faciem tergendam, & ad dealbãdas cicatrice ruborem quoque faciei tollit,* vt scribit Fallopi *cum aceto confectum oculorum pustulas è lep uentes sanat.*

Item ingreditur in ea, quæ ad faciem de dam conficiuntur.

Item fit præstantissima aqua ex tartaro scripta ab Alphonso Fero lib. 3. c. 4. ad sicc pustulas, & ad delendas maculas gallicas.

54. Item ex tartaro fit compositio, qu nomine pulueris tartari præparati circumf qui adustos retorridosque humores, melan cum succum, pituitam, & bilem purgat.

55. Item ex tartaro benè combusto per r be

onem, fit oleum ad fucum, quo Venetæ
ir, vt refert Rondeletius.

Item ex tartaro cremor conficitur, qui
obstructiones, purgat leniter, & auget vim
amenti; vt enim Fonseca Tom. 1. cons.
xi. ait. *Sal verò seu cremor tartari, qui fit per*
onem tartari, ipsius vini, medicamentũ est non
purgans leniter, sed obstructiones aperiens, & ob
tem gustui gratus; imò habet hoc peculiare,
in infusionibus purgatiuis imponatur ad drach.
uget vim medicamenti. Et Quercetanus in
lo pro nobili virgine: *Excellens remedium ad*
tendum ventriculum, ad expurgandum hepar,
mesenterium à crassis, terrestribus, & mucila-
vel vt veriùs loquar, & exactiùs à fæcibus tar-
quæ ductibus obhærentes, viscera prædicta ob-
, atque offerciunt; adeoq; seminaria infini-
propemodum morborum ingenerant. Idem
illum nostrum insigne diureticum est: nam vri-
uissimè prouocat, & dosi prædicta sumptum,
tque alteram sedem præter consuetum, benignè
tum excitat.

Item sal tartari sua aciditate acetum spo-
it vt eandem prorsus, quam aqua dulcedinem
it, vt in Alexicaco scribit Quercetan[9]: *Fit*
nsumendo vnciam circiter vnam salis tartari
ui, huicq; in alembico superinfundendo vnam
ram libram aceti destillati, optimi: Ac destil-
n gradatim lento igne suscepta dictum acetum

omni aciditate, viq; dissoluendi spoliatum des videbis, sapore ab aqua communi non different inferiùs: *Acetum tamen quod inde dilabetur dem prorsus, quam aqua dulcedinem retinens, p admodum de sua imminuit quantitate.* Idem c mat Sennertus.

58. Ex eiusmodi experimentis Medici ec diatartarum ad melancholiam, morbum, e minandam præscripserunt. Nam vt scribit dericus à Fonseca cons. medic. Tom. 1. co *Habet autem sal tartari magnam vim humore lancholicos & atros attrahendi.* Nam trahit proprietate quadam acetositates. Experi tum sumi potest in aceto acerrimo; si enim nantur in boccia lib. 4. aceti fortissimi, & vna tartari vini, distillabitur per ignem aqu phlegma sine vlla aciditate, quia tartarum t per sympathiam spiritus acidos ipsius aceti

59. Aqua tartari, *quæ rectificata maximè c putrefactionibus, & opilationibus, interna aposte dissoluit, & præcordialium vitia consumit, sana nem scabiem, hausta sine alia mixtione.* G. Pe de medicamentis chemicis.

60. *Item tartari tinctura, quæ est summum num in omnibus pulmonum apostematibus, & rum partium internarum.* Idem.

61. Item magisterium tartari, quod in co nienti liquore exhibitum, ægritudines, q quales fuerint sanat. Idem Penotus.

62.

52. Item, tartarum certo modo chemico pa-
ium, donec in oleum maneat, *eo omnes spiritus*
imatos figunt chimici, corallas & Margaritas
unt, vulnera quoque sanant, tartar eas faces è cor-
expellunt. Idem.

Item cum tartaro alijs rebus permixto, suum
dem philosophicum conficiunt Alchymistæ,
quo lege Cornelium Aluetanum.

53. Habet vinũ quoq; suam fæcẽ, quæ vt inquit
Iscorides lib. 5. c. 19. *simpliciter tumores discu-*
entris stomachiq; fluxiones sistit, muliebre proflu-
in, imò ventri aut genitalibus imposita, cohibet, pa
dissoluit, ac tubercula, rigentes mammas suiq; la-
impatientes cum aceto perungitur.

54. Vsta cicatrizat, vngues scabros cum resina
it, medicamentis quę adurunt, admiscetur, vt
bit Paulus. Lege Matthiolum & Plinium.

55. Flores exsiccati in cosmetica remedia in-
diuntur.

56. Fæx aceti ferè ad eadem valet.

57. Hæc omnia vini & suarum partium incly-
unt prærogatiuæ, *quando etiam in excrementis*
vt inquit Baccius lib. 1. de nat. vin. hist. c. 21.
n quamcunq; etiam vinum transeat substantiam,
um facultatum aliqua imprimat vestigia.

Caput quintum.

1. EX vino aqua vitæ elicitur. 2. Eius du
ào omnes alias superat. 3. Artificum i
peritia aquæ vitæ obesse non potest. 4.
ea, aqua vitæ appelletur. 5. Cur a
auri. 6. Cur cœlum Philosophorum. 7. Cur cœl
humanum. 8. Cur quinta essentia. 9. Cur
dens, cur Helixir. 10. Cur Aether. 11. Cur a
ma vini. 12. Cur diuina. 13. Cur clauis Phi
sophorum. 14. Quomodo hæc omnia inter se di
rant. 15. Authores, qui varias medicamento
aquæ vitæ compositiones præscripserunt. 16. Vi
miraculosas habet. 17. Viginiquatuor horar
spatio, omnium rerum vires ad se trahit. 18.
ea, extracta nobilissima fiunt. 19. Est præstanti
mum remedium in febre maligna, & peste. 20. I
bres pestilentes per vim ignis curantur. 21. Vulne
ferè omnia ad miraculum curat. 22. Diuites, M
dicos reddit. 23. Omnia medicamenta conseru
& mirabiliter iuuat. 24. Est melior omnibus a
medicamentis. 25. Est caussa, ne medicinæ expella
tur per vomitum. 26. Moribundos miraculi inst
sustinet, & mortuos resurgere facit. 27. Fieri pot
solutiua. 28. Ex ea fit suauissimum hippocraticu
& quomodo fiat. 29. Facit diuersitatem vinoru
30. Facit homines vsque ad centesimum annum pe
uenir

e. 31. *Ad quid Aetheris vſus.* 32. *Nihil* *contrariatur veneno.* 33. *Dolores intenſißi-* *dat.* 34. *Paralyſi & apoplexiæ prodeſt.* 35. *Pri-* *reliquiæ crapulæ potenter diſcutit.* 36. *Om-* *rtutes animales potata confortat.* 37. *Cùm* *rum potabile facillimè paratur.* 38. *Lapidem* *a & renibus frangit.* 39. *Vires ei à Raymun-* *lio attributæ.* 40. *A Dodonæo.* 41. *A Pa-* 42. *A Sauanorola.* 43. *A Matthiolo.* 44. *A* *ouano.* 45. *A Cardano.* 46. *A Ioanne de* *ißa, quæ ſunt miricißimæ.* 47. *A Vitali de* 48. *Vires aquæ vitæ vulgaris à Baccio ei at-* *e.* 49. *A Lemnio.* 50. *A Ringelbergio.* *hymici immeritò condemnantur.* 52. *Cur* *vitæ, vt vinum non bibitur.* 53. *Vinum ani-* *ns, animaq; corpori.*

¶ X vino quidam liquor, qui aqua vitę, aqua auri, cœlum Philoſophorum, cœ- manum, quinta eſſentia, ardens, Helixir, anima vini, aqua diuina, & clauis Philoſo- m appellatur, ad multos vſus præſtantiſſi- & quaſi miraculoſus elicitur. Verùm ego quor de aqua vitæ vulgari, quam homines uniter bibunt, quæ veræ aquæ vitæ com- , ſtygiæ paludis & mortis aqua appellari et; ſed de ea, quæ à manu medica peritiſſi- n artificum deſtillatur.

De quibus Laurentius Gryllus lib. 1. de ſa- ulci & amaro: *Hi enim ſpiritum cœleſtem te-*

nuioremq́; naturam à vino & cæteris rebus ab-
hunt, & in vnum cogunt locum, & tandem circul-
ne materiam toties versatam, purgatam, attenua-
defœcatamq́; in cœlestem, æthereumq́; liquorem
ctari parem conuertunt, cuius suauitas & dulced-
cilè res omnes superat, & vera, cœlestis, pura, sy-
raq́; dulcedo est, absq́; acrimonia & peregrina qu-
tate, benigno, mitiq; calori coniuncta.

3. Neq; artifices imperiti, aquæq́; vitæ co-
ciendæ rudes atque ignari, authoritatem illi
rogare vllo modo possunt, teste Cardano lib.
æthere: *Quòd etsi hæc vis iam fabularum more*
ctata sit à quibusdam, hoc tamen ei obesse non debe-
neque Deum non vereri, si Deos risu dignos Poëtæ
finxerint: nec historiam negligere ob Heroum ficta-
sta, atque incredibilia carminibus Italica lingua
gatis: nec magiam contemnere naturalem ob præ-
giatores: neque gemmarum ornatum ob adulterin-
eas mentiendi industriam. Ita sæpiùs contigit, vt
actibus seplasiæ fraus oriretur.

4. Dicitur aqua, quia alba, propterea aqu-
dixere, colorem spectantes atque substantia
vitæ dicitur, quoniam in vitæ prorogation-
quàm maximè conferre fertur; multi enim
eius vsu longissimis in annis superuixerunt, *vt*
tonius Della Scarparia, qui dum octuagesimum
num duceret, dictitabat; O aqua vitæ! per te i-
mihi vita annis viginti duobus prorogata fuit. Vt e-
mius Medicus Iacobus Parmensis, qui anno iam no-

gesi-

o proximus, eius vſu vitam ſibi in longum pro-
um arbitrabatur. Vt Franciſcus primus Mantuæ
, qui in eius vſu, nimiaq; eius quantitate delecta-
r quamplurimùm. Is cùm ſtomachi frigidi eſset,
ſitate, frigidisq; humoribus non rarò vexaretur,
aële Sauanorola audiente, dicebat: Cùm multi-
ordinis medicamenta in talium remotionem ten-
, nullum quippe tam ſalutiferum, tamq; ſubi-
, vt aquæ ardentis ſumptio: vt illuſtris phyſicus
nes de Tolentino, qui, vt arbitrabatur, longiſsimis
nis ob eius vſum ſuperuixit: & multi quoque,
uimis longum eſſet recenſere. Refert hæc Mi-
ël Sauanorola in libello de arte conficiendi
am vitæ ſimplicem & compoſitam. Et vt
rnius lib. 1. meth. medendi: *Hæc vini tenuiſ-*
pars, aqua vitæ vocatur. nam vt cuncta iniecta à
uptione vindicat: ita & ipſa corpori humano in-
, omnem putredinem arcet: coctiones promouet
ato calore natiuo, cunctisq; cruditatibus viuidam
ſpirituum vitalium recreat, calidumq; natiuum,
i in Eclampſin euocat. Ventriculum calefacit,
rumq; humidius algoreque preſſum excitat, in-
ctum acuit, viſum (iniecta cùm euphragiam ge-
clarum lucidumq; efficit, memoriam reparat, vbi
lum natiuum opprimitur excrementis à frigidis,
i infirmus ſit, vegetat. Et Matthiolus in librum
ioſcoridis cap. vij. *Fit è vino aqua per alembi-*
, vt vocant, quam ob eius admirandas vires,
am vitæ appellauere ſapientes. Nam ſi ex vino op-

zimo, à perito opifice parata sit, meritò hoc no appellari debet, &c.

5. Aqua auri, non ratione temperamenti, *aqua auri est temperata supra omne temperamen* vt inquit Arnoldus de conservatione iuuentutis, & re datione senectutis, *sed quia est aqua perennis auri, propter sublimitatem operationis ipsius, cùn ea sit res magna faciens operationem supra æstima nem.*

6. Cælum Philosophorum, quòd rerum c ctarum potentias in se rapiat. *Nam aqua vita se traijciens*, vt scribit Heurnius in praxi med. li *omnes vires rerum elicit; etenim imis & insedi sese rerum insinuans, tenuat & eliquat combin concretaq, & in se effundit;* & vt Gratarolus bello de virtutibus aquæ ardentis: *Aqua enim v trahit substantiam, seu formam & animam, adè odorem, & saporem quarumcumque rerum.* V cœlum Philosophorum. nam *sicut cœlum est summo gradu & loco collocatum; sic & aqua v primum & altissimum dignitatis gradum supra c tera in his inferioribus obtinet*, &c. vt ait Petr Artirius de destillat. lib. 1. c. 1. vel vt scribit Iac bus Piperma lib. 2. de artis chymicæ prærogat nis: *Sicut cœlum cum suis planetis, & stellis hunc i fralunarem mundum dirigit, gubernat atque conse uat: omniaq, suo motu, luce ac ordine perlustrand commoda, quibus vtimur, nobis impartitur: u Quinta essentia spirituosis medicamentorum viribu*

adiut

ita, intimos singularum partium nostri corporis
cius, velocissimo suo motu, & lucidissimo spiritu
rans, sanitatem mirandum in modum ita custo-
tuetur, vt bona, quæ ab ea proueniunt, vix pos-
enumerari; vnde à nostris antecessoribus optima
ratione dictum fuit, quòd ita se habeat ea ratio-
rporis nostri, sicut cœlum ratione totius mundi.
sicut vniuersæ stellæ, quæ sunt in cœlo suam in-
utiam particularem habent: & quælibet stella
proprietatem super rem determinatam. & cer-
sic Quinta essentia miraculosos intra corpus hu-
um habet influxus, & quælibet diuersimodè præ-
ita, singulas corporis nostri partes respicit ac custo-
morbosq, qui eas obsident, singulari quadam
tione depellit. Iulius Beltrout.

. Cœlum humanum; nam *sicut cœlum creauit*
limus ad conseruationem totius vniuersi: sic Quin-
essentiam ad conseruationem quatuor qualita-
corporis humani, vt Ioannes de Rupescissa
. de 5. essẽtia affirmat. qui & hæc subiun-
Et scito pro certo, quòd Philosophi hodier-
Medici ignorant omnino hanc Quintam
ntiam, & veritatem & virtutem eius. Lege
d supradictos, atque alios auctores eiusmodi
litudines; nos enim solummodo, quæ fa-
it ad nostrum institutum, transcripsimus.

. Quinta essentia. Nam quemadmodum
cum, essentia Quinta nuncupatum, vt Saua-
pla in libello de confic. aq. vitæ ait, elementa,

ele-

elementataque ipsa infra lunatem orbem
rectè disponit, gubernat, & à putrefactione
diuino influxu obseruat: sic etiam vitæ aqua,
in corpore humano, microcosmo dicto, m
bra composita sunt, rectè disponit ac conser
ægritudines repellens, & sanitatem inducen
ex eius moderato vsu, mundum ipsum mino
ad eos trahat annos, quos sua in creatione s
mus ille rerum Opifex, vt sua exiguis compl
donauit.

*Alij arbitrati sunt (vt idem inquit) nec ab
rationali caussa fundati, aquam ipsam, essentiam
pellari debere, cùm suis in effectibus quintæ vera es
tiæ, sic agendo assimiletur, quos in vigore eleme
rum aut primarum qualitatum minimè produc
quam rem declarantes, aiunt.*

*Non enim, vt aqua agit, cùm ardeat; neque,
terra, cùm potenter calefaciat; neque aëri compa
bitur, qui citò corrumpitur & putrescit, & res oc
tas, cùm ad eum peruenunt, alterat, & putrefaci
in exitu Zirbi est videre. Hæc autem non facilè put
cit, sed res ipsas à putrefactione defendit. De quo
igneam non esse sic comprobant, quoniam morbos cu
calidos & exterminat, eosq; euanescere facit, qui
inducunt in se temperamentum obtinere humanu
velintq; sic vnguento Thessali Medici, sibi diuini
dato comparare, quod in omnibus ægritudinibus ad
ministrabat. Calidos enim frigefaciebat, & frigefa
eo calebant: sic enim non elementari, sed cœlesti v
ti*

otata operari aiunt, dicuntq; ſuper linguam po-
neque humiditatem, neque caliditatem impri-
& in ore fragranti & inuſitato odore redolere.
humiditatem aqueam, & igneam caliditatem,
usq; elementares operationes per circulatas ſubli-
nes omnino deperdit. Per eaſdemq; multiplica-
rma eius nouam, puram ac glorificatam, ſiue
em materiam induit: vel quia quintas rerum
tias ad ſe trahat, vt inquit Ioannes Crato in
i. medicinalib. ep. 163. *Scio ſpiritum vini maxi-*
chymicis ita appellari, & rectè quidem, cùm ex
ibus rebus, quas penetrare poteſt, quintam eorum
liam, vel ſpiritum naturalem ad ſe pertrahat, &
ingat. Vel vt ſcribit Fumanellus de compo-
ne medic. cap. 3. *Quintam autem ideò appellant*
liam, tanquam quintum quid ab elementis, ele-
orumq; qualitatibus ſecretum, & à corruptione
rum, odore iucundiſsimum, diebus ſex pluribúſve,
llatione, ſeu circulatorio vaſe, & Pellicano deſtil-
tn, &c.

. Ardentis nomen ab effectu accepit, cùm
efacta in ea petia, ſub accenſo igne ardere vi-
ur.

Elixir, id eſt, Elyſius, quòd fœlices & perpe-
reddat; vel ab ἥλιος, ſolaris, quòd vitalis
t Sol, aut quòd antiquo tempore ſolis radijs
oficeretur, vt explicat Cardanus libro de
tere.

Æther, quia per circulare.n deſtillationem,

quaſi

quasi purus aër euadit; vel quia est ardor vltim
ab alijs elementis per circulationem separatu
vel quia in auras euanescit. Nam, vt inquit Ca
danus de æthere, *Verùm vbi detraxeris aquam, c*
in ætherem ipsum iam conuerteris, diligenter caue
oportet, ne in auras euanescat. Id verò agit tam celer
ter, vt mireris. Calor enim intus seruatus, motu aër
coadjuuante, tam subtilem atque elaboratam sub
stantiam statim in aërem atque vaporem resoluit; c
quod deterius est, semper pars melior ac pretiosior
promptius euanescit. Ob id solent artifices vitro eu
seruare. Vel quia eiusmodi liquores ætherei sint
nam vt scribit Laurentius Gryllus de sapore dul
ci & amaro lib. 1. *& hi liquores cùm primis æthere*
sunt, & in hoc infimo loco tanquam in carcere prate
suam naturam contineantur, non minùs quàm tesli
inanis, aut vter inflatus sub aquis: simplicissimi enim
cùm sint, in compositis non possunt subsistere, sed ad
suum locum, sibiq; similem æthera volare contendunt,
vbi summa simplicitas, & ob simplicitatem æternitas,
cùm nulla compositionis contrariorum pugna, ea cor
pora se mutuò atterant.

11. Anima vini; vt enim ait Sauanorola libello
de conficienda aqua vitæ cap. 1. *Est deinde nedum*
spirituosa vini pars, sed vera eius anima appellanda,
quæ trina sublimatione ab ea egreditur.

12. Diuina; quia diuinas ferè facit operationes,
& vt quædam res diuina tenenda; teste Sauano-
rola in libello de conficienda aqua vitæ: *Equidem*
amanda

da est, colenda, dignificanda, & diuina penitus
anda.

. Clauis, quia est basis ac fundamentum
mnium magisteriorum ac secretorum chy-
rum, *& valuæ clausæ repagulis, sine hac aperiri*
ssent, vt Iacobus Piperma in loco suprà ci-
mplo discursu asserit.

c explicasse conueniebat: nam, vt inquit
t. 1. elench. *Qui nominum vires ignorant, &*
sæpenumerò, & alios quoque fallunt. & Gal. 1.
t. pulſ. *Occupatio circa nomina est inuitis nobis*
ria.

. Sed aduertendum est primò, hæc omnia
e secundùm magis & minus solummodò
e, prout minores aut maiores circulationes
eque subierit; etenim aqua vitæ per alias
ationes rectificata, in quintam essentiam
elixir conuertitur. In quintam essentiam
rtitur, quando ad extremam subtilitatem
lacta; in Helixir, quando optimè fragrat.
idò, vires à dosibus medicamentorum ea
ere. Tertiò, sicut variæ medicamentorum
b aqua vitæ attrahuntur; sic varijs morbis
tulatur; & hoc modo particulariter diffe-
quamuis in illa vniuersali virtute, de qua in
atia loquimur, conueniant. Quartò aduer-
m ex Heurnio, & ex alijs, qui de hac re
nt, *quòd ita hæc aqua parari debeat, vt cuiusq;*
e natura studeat, & cum morbo præsente pugnet:

nam

nam cuiusq; rei incertæ vires ilicò prolectat , & traducit, vt si cerebrum in vitio fuerit, cephalicas bas immacerabimus , aut cor his studentibus imbuemus, &c.

15. Diuersas autem aquę vitæ & admir effectus ex vino medicamentosas compositi lege apud Thomam Finck, Langium , Lu Ghinum , Rodericum à Fonseca , Heurni Fiorauantum, Thadeum Florentinum, Ge rum, Andernacum, Ranzouium, Quercetan Cratonem , Solenandrum , Petrum Artirit Fumanellum, Saxoniam, Rupescissam, Villa uanum, Lullium, Iacobum Pipermam , Sau rolam , Syluium, Guaynerum , Ioannem cesium , Bauchinum, Matthiolum , Hiero mum Rubeum, Vlstadium , Viralem de Fu Benedictum Victorium in consilijs, Alber Magnum , Sennertum , Duneanum , Mind rum, Erastum , Rogerium à Baccho, Phan copeiam Augustanam , Veccherum , Andre Furnerium, Paracelsum, Rondoletium, Paret Platerum , Iacobum Beltront , Hieronym Brunsuicensem , Gualterum Ryffium , Ber dum à Portu, Epiphanium Empiricum; quor alij modum conficiendi docent ; alij verò multas ægritudines exterminandas passim p scribunt. Nos enim vinum tantummodo laud hoc primo volumine proposuimus.

16. Hæc aqua sic parata , vires potentissim

p

tantissimasque, & quasi miraculosas habet, certè incredibiles à multis iudicabuntur. ntamen tot præclarissimorum Doctorum oritates, & ipsam experientiam nemo nisi ēnter negare potuerit: & ego aqua eiusmo- xatiua & præseruatiua, à me confecta vtens, t correptos visitaui, & Deo fauente partes ctas sine vllo periculo tetigi.

7. Quæ aquæ vitę immerguntur, viginti qua- horarum spatio, exuuntur suis viribus, quas sibi adscisit hæc aqua. Heurnius lib. 1. .med.

colicis doloribus à flatu & eruditate, vncia ad- enemasii felici cum successu. Idem ibidem.

.Fiunt ex aqua vitę extracta, *dum duos digi- cisis rebus supereminent, occlusa macerantur in to, vel sole, vel igne, aut fimo equino, exprimun- & recentes herbæ eidem liquori eadem historia iduntur, idque vt lubet sæpiùs. Hinc separatur m destillatione, dum in fundo mellea crassities re- t. Aliquando cineribus relictis exhaustus liquor us affunditur, iterumq; maceratur ac destillatur, & salem & oleum eliciunt.* Quæ extra- onge lateque cætera superent medicamenta; im *essentia quinta cuiusq; medicamenti, maio- habet virtutem, quàm antea habuerat, dum ad- orpus elementatum esset,* vtinquit Vlstadius.

9. Est præstantissimum remedium in febre igna, vt Rodericus à Fonseca cons. 47.

Tom.1. & multi alij quoque præclarissimi M
suprà citati affirmant: qui antidota, sudori
tincturas, aquas theriacales cum aqua vitæ,
vino aut aceto confecta, peste affectis felici
successu exhibent, vt omnes, etiam quos se
riùs citauimus.

Et Ioannes Crato aquam vitæ, quam cons. 2
describit, medicamentum Regium appellat:
hoc in loco medicamentum planè regium, quod in
uetusto libro scriptum ac valdè commendatum rep
ri, vereq; commendari posse puto; recensebo, &c.
inferiùs: *Eius autem gutta vna æstiuo tempore*
saccharo rosato ad præseruationem sumitur; in hy
verò gutta vna cum mica panis deglutitur. Infe
verò quomodo sit adhibenda, paulò post monebim
&c.

Matthiolus etiam aquam vitę, quæ à pe
præseruat, describit.

Guaynerus quoque lib. de peste: *Virtuosa*
stunt multa contra pestem, sed in infinitum virtuo
est, quæ sequitur aqua: Tanta est enim inter cor
ipsam conuenientia, vt in non perceptibili quasi attr
hatur ab ipso, attractaq; mutatur in breui, & in sp
mosam substantiam conuersa, non solùm à complexi
nali virtute, verùm etiam tota forma omni pestile
mmes faits des Dauphins, & as encores fait
urge ennemi confesser son mesfait.
chanteray-ie encor ces trois filles Thebaines,
nesprisans tes loix, virent leurs toiles pleines
mpre suruenu, & fuyantes de nuit

Aux coins de leurs maisons, iettant vn petit bruit
Si virent tout soudain de leurs corps denuées,
Et ne Chauues-souris estrangement muées?
Il vaut mieux les chanter que chanter le peché
Du Satyre, qui vit tout son dos escorchè,
Et le deu chastiment du Prince de Mysie,
Et la punition du meschant Acrisie,
Qui se vit bien que tard, aßez recompensé
Aux despens de son sang de t'auoir offensé:
Toy grand, toy sainct, toy Dieu, tu flechis les riuier
Tu appaises les mers quand plus elles sont fieres:
Tu fis rouler le vin de maint rocher creué,
Et par toy le doux miel és chesnes fut trouué.
La Musique te doit: les peuples & les villes
Te doiuent leurs rampars, & leurs reigles ciuiles:
La liberté te doit, qui aime mieux s'offrir
A la mort que se voir sous vn Tyran souffrir:
La verité te doit, & te doiuent encore
Toutes religions dont les Dieux on adore.
Tu rens l'homme vaillant, tu adioins au conseil
De celuy qui te croit vn pouuoir nompareil.
Par toy les Deuineurs troublez en leurs poitrines
Eremissent sous le ioug de tes fureurs diuines:
Tu fais germer la terre, & de viues couleurs
Tu bigarres les prez orgueillis de leurs fleurs:
Tu desdaignes l'Enfer, tu restaures le monde
De ta longue ieunesse & de ta tresse blonde:
Tousiours vn sans estre vn qui te fais & desfais,
Qui meurs de iour, en iour, & si ne meurs iamais.

Par toy Pere, chargez de ta douce Ambrosie
ous eleuons au Ciel l'humaine fantaisie
ortez dedans ton char, & d'hommes vicieux
urgez de ta liqueur osons monter aux Cieux,
du grand Iupiter nous asseoir à la table.

Plura quidē dicturus erat, vicina canenti
Calliope vetuit. — *Ioan. secundus Eclog.*

lque in gratiam Phœbi, qui tot Bac-
ni laudes audire iniquo animo ferebat;
iare Dionysius dissimulans, sed intelli-
ens, sequentibus à Ronsardo auditis,
si Calliopes,

---- Magni Iouis inclyta proles,
Castalij nemoris custos, fontisq; sonori, — *Ioan. Boccaius, Eclog. xij.*

antū meū (magne Pater exturbasset,)

O quales tibi cantaret mea fistula laudes: — *Naugerus Eclog. 2.*

Et quodcunq; tamen felix concedat Apollo,
Hoc te vnum canet, hoc vnum tibi seruiet omne.

Et tamen hæc aliàs tibi nos & plura canemus, — *Sannazarius Eclog. 2.*

Fortasse & meliora, aderit si Musa canenti,

cœlos iter facere incipiebat,

Phœbiq; chorus comitatur euntem. — *Ioann. Aur. Augur.*

: tristes mœstique Poëtæ tunc sub-

missa voce, ei dicebant, semel

Andr. Ammonius Eclog. 1.

Aspice nos, seruosq; tuos nos esse mento.

95. Ad Superos peruentus, in cœ cœna, Ambrosijs dapibus Nectareis laticibus instructissima, omnibus l magnos crateres, Phœbo autem æ lo, Ambrosij musti poculum propina quod inuitus & cum aliqua interspe tione exhausit.

96. Ij autem Ronsardo, Ga rum Poëtarum decori atque glo quòd digna suis numeris, & magno c na Poëta carmina Apollineo pleb Baccho cecinisset, immortales gra egerunt, hisque illustribus carmin eum concelebrauere.

Ronsarde

Ianus Anysius Eclog. 1.

---- Tuo ingenio blandæ arrisere mœnæ,
Nascentiq; tibi stillarunt dulcia mell
Cecropiæ volucres : lauro tu digna ara.

& inter cæteros vnus ita dixit: I felici nam ego

Ioan: Augurellus Geronticon lib. 1.

---- Cætu Vatum comitatus honeste
Dona feram: non quæ vulgo consueu illis
Offerre: æt verum prorsus rarissima q

Nobilium: quales tãtum seponere summi
Electas omni è numero potuere Poëta.

t quoque.

---- Carmina Faunos — *Petrarcha Eclog. 3.*
Non puduit, Dryadesq; pari celebrare fauore.

l Satyros Faunosq; deinceps con-
grsi;

Vos autem Satyri & sylueſtria numina Fauni, — *M. Argyllander Eclog.*
Felices manibus geminatis reddite plauſus,
Et lauro crines, & tẽpora cingite myrto.

oſt plauſum multoties ingeminatum,

Ipſi etiam hircipedes Fauni, Satyriq; bicornes, — *Andreas Naugerius*
Ipſa etiam in ſolos Nymphæ fugere receſſus,
Et ſeſe ignotis occultauere latebris.

Deinde Deam, quæ rura ſeruat, precan-
ur, vt arua, prata, pecudes & omnia ad
us pertinentia, integra foueat ac tuea-
ur:

Diua, faue agricolis, talpas occide, malignam
Aggeribus peſtem, gelidis ſata læta pruinis,
Quando Bruma venit, conſpergere Diua memento.

Baptista Mant. Eclog. 8.

Ne tineæ rodant anno frumenta seque
A Boreæ flatu pingues defende maris,
A gruis ore fabas, & ab anſere farra lustri;
A Serpente boues, à vulpe & fure cobo
A brucho erucas, à bruma & gram vites;
A vi & fraude lupi pecus, à rubigine j-ges;
A rabie catulos, à flamma & fuln villas;
A murum inſidijs petaſonem, à m pernas;
A campo & pigris virides limac hortos,
A tonitru reboante cados, à frigore fœ
A grauibus vitulos œſtris, à gutture po
Anginoſo, operas pubes ne ruſtica peri
Adſis ô Dea, nec lædant examina fuci
Neu milium furentur aues, neu vel ſentes;
Succida neu lappas apprehendat lan quentes:
Diua gubernatrix hominum, cuſto vatum;
Diua laborantum requìes, medicina lentum,
Et tutela gregum, noſtris precor, an votis.

98. Il-

8. Palladi posteà, Cereri, Baccho,
yris, Faunis, omnibusque Nymphis,
, prata, colonos, & præcipuè vi-
em, vt musta fluere, doliaq; ijs re-
i abundanter possint, efficacissimè
mendant:

Magna Pales, simul Alma Ceres, Inton- *Ericius Cordus Eclog. 4.*
seq; Bacche,
Et vos cum Satyris Fauni, Nymphæq;
sorores,
Naiades, Dryadesq;, & Oreades atq;
Napææ,
Quæ iuga, quæ syluas, quæ Florida rura
tenetis,
Et datis æterno manantes flumine fontes:
Deniq; vos omnes agrestum dijq; deæq;
Oro meis faciles aduertite cantibus aures,
Et propiore pios attendite mente precatus.
Si qua colonorum vobis substantia cu-
ræ est,
Aut aliquã saturi tutelam ruris habetis,
Hanc precor, hanc omnem præsenti im-
pendite fundo,
Quem meus hic multo coluit sudore Me-
nalcas,
Frigoribus toties contractus, & humidus
Austris
Nequis abarmentans subeat frumenta
iuuencus

Aut

Aut pedicam exutus, dum ſtertit
caballus,
Nullum in eo lolium, nullæ innaſc
auenæ;
Non aſper tribulus, nec acuta ca
Cùm veterem repetit iam viſa C
nidum,
Et medijs pendens ſublimis Alaui
auris
Nunciat aptato vernactum ſcindere
Mane ſenis thalamos linquens A
mariti
Exprimat humentes fœcũdo rore ca
Cæleſtiſq; pluat tacitum dulcedin
brem,
Quo tumidæ accipiant genitalia ſ
glebæ;
Tunc procul ex alta glomerantes v
lumbæ,
Et malus abſit aper, trananſq; ad
mona nubes,
Proueniant grauido prægnantes
Et ſectæ nõ ampla ſatis ſint horrea
Vſq; precor prono mea vota c
nutu.
Quando renaſcentes oſtendit vine
mas,
Inſolitum prohibete gelu, vermeſ
lignos;

Ipſe fouens teneras defendat pampinus vuas:
Vt cùm vimineas aperit vindemia ſepes,
Rauca fluant multis ad prælum labra diebus:
Quodq; cados quondam, repleat tunc dolia muſtum.
Non rapidus clauſo lupus inſidietur ouili,
Non corti vulpes, nec adunco miluius ore,
Non apibus meropes, non melli taxo nec vrſus.
Cumq; expulſa nouas quærunt examina ſedes,
Non longinqua petant fugitiuo luſtra volatu.
Demum quidquid habet rerum meus ipſe Menalcas,
In veſtras commendo manus: facitote perhenne
Annua multiplici cum fœnore dona redundent.

E quia, quod magna ſpe exſpectatur,
turum quoque facillimè creditur,
cò vnanimi voce canebant:

Sed ver purpureum genitabilis aura Fauoni
Adducet, gemmiſq; nouis Zephyritides aura.

Cynthius Gyraldus Eclog. 3.

Depin-

Depingent longè lateq; virentia pra
Flaua Ceres grauibus crines circun
aristis,
Munera opima feret, cymbijs spum
fundet
Vina Pater Bacchus : Tritonia p
cliui
Crateras statuet magnos, ditißima
Et Pomona tibi, cultis clarißima in
Arboreos tradet fœtus, fœlicia poma
Castaneasq; nuces, auro & cert
mala,
Excubiis quondam mala euigilata
conum
Ipsa Pales, niueas & oues, agnos
tulcos
Hœdosq; & capras distentas vbere
Concedet, pariterq; noui carchesia
Quin & Hamadryades comptæ fro
te corona
Et festas ducent choreas, & carmin
cent.

Philippus Garinetus Æclog. 1.

100. *Inde vrbem repetunt, magn*
Vesper Olympo
Vmbrifer inciperet ruere & com
re lucem.

101. At Ruricolæ Olympicum

cem perpetuam populis concedat,
ecantur. nam

ix alit agricolas, multo pax vbere messem Bargaus.
Auget; & ingenti fœnore ditat opes.

o2. Deinde Iolas (vt superioribus
fecerat; quotannis enim vota à
olis renouantur) vniuersorum no-
, serta gerens, pampinoque comam
inctus fœcundo,

ota facit, viridiq; aram de cespite campi Bellaius.
onstituens, supplexq; Deos sic rite precatus
oce, Palem, Cereremq; vocat, Bromiumq; potentem:
Has tibi, magna Pales, Cereriq;, Patriq; Lyæo
lectimus ex flore, ex spicis, ex vite corollas.
alcifer, & Messor, matura vinitor vuæ,
ota Pali, & Cereri iam soluite, soluite Baccho.
Ipsa Pales docuit pratis inducere riuos
ipsa Ceres cultis mãdauit semina sulcis,
t Pater ipse suis sociauit vitibus vlmos.
ota Pali, & Cereri iam soluite, soluite Baccho.
Vere nouo lætis variantur floribus arua,

Sole

Sole ſub ardenti flaueſcit campus ariſtis,
Pampinea colleis Autumnus protegit vmbra.
Vota Pali, & Cereri iam ſoluite, ſoluite Baccho
Pabula ſint igitur, ſegetes, vinetaq̃, læta,
Paſcua nec pecudes lædant, nec iacta volantes
Semina, nec gemmas rodat laſciua capella.
Vota Pali, & Cereri iam ſoluite, ſoluite Baccho.
Nulla tegant herbæ noſtros aconita per agro
Nullaq̃ per ſegetes ſterilis dominetur auena,
Dulcibus aut errans noceat labruſca, racemis.
Vota Pali, & Cereri iam ſoluite, ſoluite Baccho
Graminibus Boreas, maturis frugibus imber,
Vitibus hoſtis hyems: pratis aſt aura Fauoni.
Meßibus & Soles, Autumnus vitibus adſit.
Vota Pali, & Cereri iam ſoluite, ſoluite Baccho.
Intereà irriguas pratis immittite lymphas,
Vertite humum raſtris, Cereremq̃ abſcondite ter,
Atque acie falcis nimias compeſcite vites.
Vota Pali, & Cereri iam ſoluite, ſoluite Baccho.
Inde vbi tempus erit, congeſtum attollite grai
In cumulum & ſtrictis ſegetem denſate manipli
Spumoſoq̃ lacu grauidos calcate racemos.
Vota Pali, & Cereri iam ſoluite, ſoluite Baccho
Hinc ergo incipiant curuæ ſplendeſcere falces:
Iam nimio, iam plena ruent fœnilia fœno,
Horrea nec meſſes capient, nec cymbia muſta.
Vota Pali, & Cereri iam ſoluite, ſoluite Baccho.
Luce ſacra nec paſtor oues educat ouili,
Curuus aratra tenens nec tauros iungat arator,

Vini

nitor aut vites ausit cohibere fluentes.
ta Pali, & Cereri iam soluite, soluite Baccho.
Sed pars accenso celebrate Palilia fœno,
rs manibus gestate pijs Cereale papauer,
rs etiam capiti virides aptate corymbos.
ta Pali, & Cereri iam soluite, soluite Baccho.
Omnia sint operata Pali, Cererique, Patrique
cifero: sit cura bonis hæc omnibus vna,
ata, arua, & vites sacris lustrare choreis.
ta Pali, & Cereri iam soluite, soluite Baccho.
ndite bina Pali niuei carchesia lactis,
na cadat Cereri, pinguis cadat hœdus Iaccho.
Sic fatur: sacrisque Deûm de more peractis,
ura dedit, plenaque aras veneratus acerra,
stravit socios, spargens fluuialibus vndis.

LIBER

DE ADMIRANDIS VIN VIRTVTIBVS, ETC.

AVCTORE

PETRO ANDREA CANONHERIO LIBER SECVNDVS.

Caput primum.

1. *VInum non debet esse vetustum, neque* ... *culari vicinum, sed medium.* 2. *Vi* ... *melius, est aromaticum.* 3. *Debe* ... *purum & mundum.* 4. *Quatuor* ... *bus debet satisfacere.* 5. *Debet esse cum cos,* ... *verò sine cos.* 6. *Debet quoq; labra osculari, mor* ... *& calcitrare.* 7. *Vini boni proprietates.* 8. *Pr* ... *est odor.* 9. *Secunda sapor.* 10. *Tertia* ... 11. *Quarta color.* 12. *Vini boni quinque spec* ... *notæ; quarum prima est, quòd sit forte.* 13. *Se* ... *da, quòd sit formosum.* 14. *Tertia, vt sit flagr* ... 15. *Quarta, vt sit frigidum.* 16. *Quinta, vt sit* ... 17. *Vinum optimum, spumam leuat in medio, &* ... 18. *Debet esse clarum, vetus, subtile, maturum,* ... 19. *Vectura vinum probat.* 20. *Inusitatus vini* ...

b ...

bibendi modus. 21. *Vinum quomodo degustandum sit.* 22. *Ex succis, sola, oleum, mel, & vinum in longum temporis spatium perdurant.* 23. *Vinum plus, quã oleum & mel potest perdurare.* 24. *Quæ grauitatis & leuitatis ratione inter se certent.*

VInũ, vt bonũ alimentũ vtileq; medicamentũ hominibus præstet, multas debet habere proprietates, quæ à nobis breuiter sũt recẽsendę.

1. *Vinum neque debet esse vetulum, neque torculari vinum, sed medium, quod colore vermiculum, odoris optimi, non acerbum seu dulce, non acutum, aut fortitudine vincens, sed æquale, natum in terra libera, non nimis plana, seu lapidosis montibus, non ad meridiem sita, sed Phœbo surgenti contermina, regionis, neque calore nimio æstuantis, neque frigore nimium torpentis.* Georgius Pictorius.

Auerroe, collect. 16. vt refert Mercurialis, bonum vinum his verbis indicat:

2. *Et Vinum, quod melius reperitur, est aromaticum, cuius caliditas penetrare potest per totum corpus, quod sit sine amaritudine & stipticitate: & est illud vinum, quod est vinosum, pungitiuum, in principio, & post delectabile sine aliqua amaritudine & asperitate.*

3. *Ad hæc in tuenda sanitate diligenter procurandum est, vt vinum, quod in potu alimenti gratia, quotidie sumitur, sit mundum, purum, clarum, odoratum, & sapore iucundum.* Matthiolus in 5. Diosc. c. 6.

4. Quatuor sensibus vinum satisfacere debet,

vt inquit Petrus Messia in sylua var. lect. cap.

Los buenos beuedores afirman, que el buen vino ha satisha zer y contentar à quatro sentidos, de los c corporales, que tenemos; conuiene à saber al gusto el sabor, al olfacto con el olor bueno, y à la vista, clara y linda color, y al oydo con la buena fama. E que cierto haze al caso la buena estimaçion; po sabiendo que es vn vino de parte, donde los suele singulares, pareçe que este credito le haze saber me que si no lo conoçemos.

Verùm hoc postremum multos, & præser iuuenes decipit, qui sola vini laude excitati, v pam plerumque bibunt.

5 Rubeus, insignis mimus, vinum cos velle bere, & aquam sine cos esse debere, in ore quenter habebat: Vinum scilicet colore, odo & sapore imbutum; aquam autem sine odo colore, & sapore esse debere hac facetia ir rebat.

6. Præterea vinum labra deosculari, mord & calcitrare, seu calcibus linguam bibenti verberare debet, vt idem aiebat.

Pro osculo, nescio quid amabilis; pro mo nescio quid pungitiui; pro calcibus vinum vi sum & robustum, dorsum habens, intelligebat

7. Verumtamen omissis, quæ ab authoris qui in idem coincidunt, proferuntur, Scholæ lernitanæ sententiam vnà cum Arnoldi Villa uani commentarijs amplectemur. Ea autem

ini boni proprietates sic describit:

Vina probantur odore, sapore, nitore, colore.
Si bona vina cupis, quinque hæc laudantur in illis;
Fortia, formosa, & fragrantia, frigida, prisca.

8. *Quatuor generales boni vini differentias primus ersus complectitur. Prima quidem, odor est; vinum nim est instar aromatis, vnguentiq; suaueolens. Con-antino Africano lib. 3. Theoricæ cap. 28. teste: ali-ientum corpori suppeditat non mediocre, succum gig-it laudabilem, partes principes facultatum ceu fontes rroborat, facultatem, animamq; exhilarat, spiritus uoque tenues adauget, eosq; languidos tantumq; non colutos, reficit & recreat; quo fit, vt solo etiam ol-ctu leipotimia languentibus, sæpè animum reuocet: icundo enim odore, quemadmodum in lib. de ali-ent. Hip. testatur, vires celerrimè reficiuntur: Con-à quod fœtidum est, natura abominatur; spiritus cmq; crassos, melancholicos, & malum succum gene-t, prauamq; fumorum qualitatem sursum trans-ittens, capiti dolorem infert, &c.*

9. *Secunda, sapor; quia hoc quoque cum voluptate sumitur, auidiùs à ventriculo attrahitur, & meliùs itrit:* & vt inquit Iulius Alexa. salub. 17. c. *Maxi-am semper vini ex odoris bonitate addi solere gra-em videmus, ex eoq; semper indicatura maior, vt nditionis alioqui optimæ, si vna odoris commendatio sit, plerumq; non probemus, malo autem odore quo-*

cunq; ille contractus modo fuerit, etiam reijciamus: et enim vini fragrantia perfectam substantiæ totius mixtionis indicata à natura factam, absumptaq; excrementa prope omnia, & exutam operati caloris beneficio sordities, quæ cum odoris fragrantia coniuncta nunquam est, elaboratasq; per omnia partes, ac tenuis subtileq; temperamentum, & calidum ostendit; quod per omnia cum celeritate acceptum deferatur intrans penetransq; ad insinuationem alimenti cuncta, nulla secum superfluitates aut minimas trahens.

E Quercetanus in diæ eti on: *Quarta in odore sita est, quem gratum & suauem bona omnia vini obtinent; reliqua ingratum. Hinc fit, vt docti bibones odore vini bonitatem vel prauitatem, priusquam degustent, experiri soleant: pronuncientq; de vino sententiam. Quæ odore carent arguuntur spiritu carere ideoq; bonitate: quòd vini bonitas in spiritu eius posita sit.*

10. *Tertia,* Nitor *siue splendor, qui sanè non ipsi modò vini, sed etiam spirituum, qui inde ortum habent, subtilitatem arguit.*

11. *Quarta,* Color; *quod enim ad vini nutrimentum attinet, non parua eius secundùm colorem differentia est. Rubicundiora namq; (si ipsis cætera omnia ante pariter adfuerint) potentius, quàm alba nutriunt, atq; ea de caussa macris etiam, quàm albæ conuenientiora sunt. Contrà verò obæsis ac pinguibus alba magis conferunt.*

Duo ſequentes verſus quinque ſpeciales boni vini notas continent.

12. *Quarum prima eſt, vt ſit forte; eiuſmodi enim vina præterquamquòd non mediocriter corpus alant, ſpirituum etiam non exiguam copiam generant. Abſtinendum tamen ab ipſis, niſi diluta ſint, ijs potiſſimùm, qui debile cerebrum habent.*

13. *Secunda, vt ſit formoſum; vinum enim formoſum ſiue pulchrum maiori cum voluptate aſſumitur, robiùs concoquitur, & faciliùs in corpus diſtribuitur, promptiuſq; nutrit.*

14. *Tertia, vt ſit fragrans; vinum enim fragrans, ſeu ſuaueolens, & aromaticum vires maximè roborat, & vt paulò antè dictum eſt, ſpiritus tenues generat.*

15. *Quarta, vt ſit frigidum. Nam vinum actu ſine phantaſia frigidum eſſe debet, non autem facultate aut potentia.*

16. *Quinta, vt ſit priſcum ſeu leue. Tale autem cum primis cenſendum, quod effundendo ſonum efficit, ſpumamq; agit in medio tenuem, ac facilè labilem, ſeu euaneſcentem, vel per cuius fuſuram modò ſurſum, modò deorſum diſcurrentes conſpiciuntur atomi, id eſt, minutiſſima quædam corpuſcula, qualia in Sole videntur, cùm per feneſtras radios ac lumen immittit. Niſi enim ita affectum fuerit, pendulum dicitur, ac multo etiam magis, ſi penitus ſono atque atomis deſtituatur. Quod verò ſpumam habet, cum multis amphillis ad ſcyphi latus, diu hærentibus, debile ſeu dilutum eſſe cognoſcitur.*

Cuius quidem rationem reddit Ambros. Leo in nouo opere quæst. his verbis: *Vinum c timum spumã seruat in medio, vappa circa vasis a bitum illam tenet, quia sincerum vinum, seipsu quodammodo colligendo continet, alienaq; corpora fugit; quamobrem in medio tumescere necesse est. S mam ergo, quæ ex aëre est, superq; humorem sem ascendere quærentem, ad verticem humoris assurge necesse est. Ea, quæ sincera sunt, aliena fugere, atqu se manere conari, aqua indicat. Hæc enim supra p uerem sparsa, atque folia, in globulos se colligit poti quàm se diffundat. Quod in cæteris liquoribus vid licet, præsertim purioribus. Signum, nam cùm vin tractulo temporis in vase vitiatur & laxatur, spum non habet, reliquum in medio: vappa verò corr tumq; vinum tanquam mortuum & perfractum ret: se relinquit ac emollitum iacet, nec exurgit, globumq; se colligit; idcircò in eius medio aliqua depressius est, atque in circulo erectius. Quod fit ob arctatum vasis liquorem attollentis. Quamobrem s ma vappæ à medio, vt ab imo ad vasis ambitum, vi altiorem locum se confert, atque in eo ambitu po manet.*

17. De spuma vini hi antiqui versus vulgò c cantantur:

Spuma boni vini medio stat, margine praui,
Vinum spumosum, citò ni fluat est vitiosum.
Clangit subtile fundendo, tacet tibi vile,
Dum saltant atomi, patet inde recentia vini

18. Pr-

13. Præterea

Vinum sit clarumq́, vetus, subtile, maturum,
Ac bene dilutum, saliens, moderamine sumptum.

Primùm, vt sit clarum; hoc enim vtpote subtile, ritus etiam claros ac subtiles generat.

Secundum, vt sit vetus; nouum enim siue mustum cætera consentiant) facilius inebriat, aluum subdu-, colicos cruciatus generat, & alia quædam adfert commoda, &c.

Tertium, vt sit subtile; tale enim spiritus procreat ultos atque subtiles, cùm è diuerso crassum crassos nerat.

Quartum, vt sit maturum, non austerum, siue stip-tum: Austerum enim vinum, quemadmodum com-ent. 8. lib. 3. de victus rat. in morb. acut. Galenus at-tatur, excretiones omnes cohibet. Quare ladit ea cor-ra, quibus per vrinam expurgari est opus; ladit quo-e superiora omnia.

Quintum vt sit dilutum; vinum enim cùm dilui-r, hoc est, aqua temperatur, remittit fumositatem am, atque ob eam rem minus cùm caput grauat, tum ebriat.

Sextum, vt infundendo quasi subsiliat, & est vna boni vini conditionibus.

Septimum, vt modicè sumatur: vinum enim modi-sumptum acuit ingenium; excitat enim vini calor uenendi vim, quæ torpet nonnunquam in ieiunis.

Ex omnibus iam dictis colligitur pro conseruanda

bona valetudine eligendum esse vinum ætate mediu[illegible], clarum, rubedine nonnulla participans, odoratum, [illegible]pore æquale; ita vt non acre sit, nec acutum, ne[illegible] dulce, nec fumosum, neque crassum, neque subtile nim[illegible], sed ad subtilitatem inclinans, neque excellenter pot[illegible], neque plus æquo imbecillum, sed medium, natum [illegible] colle aperto, meridiem spectante, regione inter calidi[illegible]tem ac infrigiditatem temperata.

Cæterùm, vinorum cura atque cognitio [illegible]cessaria est: cognitionis partes sunt, si bonum [illegible] purum, si diuturnum. Cura versatur circa q[illegible]tuor; vt non corrumpatur, vt non acescat, vt [illegible] alienum odorem recipiat, & vt dulce man[illegible] toto anno. Car. de rer. var. lib. 6. c. 24.

19. Vinum vectura probat; vt enim Iulius [illegible]lexand. salubr. lib. 17. c. 6. *Cæterùm optimi [illegible] indicium, si vecturam ferat, non solùm ætatem, vt [illegible]malia exercitium. Itaq; transmarina ex Creta [illegible] Hispania & Tyro habemus omnium firmissima, [illegible] ferè in mediterraneis vini mercatores, quæcunque [illegible] procul vehenda, aut dorsuarijs iumentis importa[illegible] sumunt, fortissima deligunt, aliter longioris sæpè [illegible] vectionem aut exagitationem minimè latura, va[illegible]da statim facta.*

20. Inusitatum vini probandi modum Qu[illegible]cetanus in diętet. his verbis recenset: *Omnia [illegible]coniæ Vina quæ mari in varias prouincias, auehe[illegible], Burdegalam comportantur. Illuc conuecta in c[illegible] publicas immensæ longitudinis ac latitudinis, vt fo[illegible]*

vi[illegible]

tarium verè dici poßint, in hunc finem constructas, ab vrbe paulisper subductas, reponuntur: atque ita impreßis ordinibus seriatim componuntur, vt inter lines desit spatium ad perforandum dolium, è quo ium hauriatur. Quò fit, vt mercatores vina emp- ientes & in hac re versatißimi, non ex gustu vini ent, quæ probant, vini dolia: sed super singulorum lines vasorum gradientes, in singulis vasis greßum mentes, facilè dignoscant, quæ spirituosiora sunt & iora, sigillis suis adnotent. Leuiùs enim ac agiliùs er meliora incedunt vina, quàm super craßiora ac restriora, quæ grauiorem & tardiorem greßum dunt.

21. Gratarolus de vini nat. c. 22. vina, emendi gnoscendiqué hæc vtilissima tradit præcepta:

Borealibus ventis flantibus vinum degustandum bent, qui vendere sciunt: incommoda enim tunc, & perturbata vina manent. Verùm experti emptores i magis Austro spirante, vinum gustant. Auster enim ximè vinum mouet, & quale sit, arguit.

Qui ieiunus est, vinum ne gustet: hebes enim ac idus tunc est gustus: sed neque à vini potu, aut cra- i id faciendum est. Oportet autem gustantem, ne- acres cibos, neque valde salsos, neque eos, qui gu- n comedentis immutant, præsumere, sed quàm pau- mo cibo vsum esse, eumq; nondum concoxisse.

Quidam, emptoribus imposturi, dolium nouum ent, quod optimo & vetere, ac odoratißimo vino uunt: permanet igitur (iuxta illud: Quo semel imbuta

imbuta est recens, seruabit odorem Testa diu) ad mu tum tempus, ea qualitas in ipso, vt putetur odoris fr grantia vini iam immissi esse, atque ita decipiunt gu stantes. Quidam malitiosiores caseum veterem, v salsum & nuces in propatulo ante vinum deponun vel nucem moscatam, vel caryophyllum, vel aliud bo saporis, vt ingredientes attrahant, & illiciant ad ta lem cibum, quò exactus gustus sensus (nam hæc sap dius & dulce vinum reddunt) inde corrumpatur. H nobis scripta sunt, non vti ipsi faciamus, (si Christia sumus) eiusmodi imposturas, sed ne per tales circun ueniamur.

Oportet autem patremfamilias, aut villicum sa gustare & nouum & vetus vinum, si quod ex ipsis a trimentum aut malum capiat: vt in tempore prosi cere possit.

Si quis comederit acetosa vel amara, deinde gus vinum, non ita decipietur: ideò probatores vini probe ipsum mane, quando lauerunt os suum & linguam, quando comederint tres aut quatuor bolos panis aquam mersos, offam in aquam faciendo examinar vini multis vicibus ipsum examinare debet, & diu ere tenere ad probandum.

Facile est omnia vina adulterata metallicis dign cere. Nam in calice horis relicta viginti quatuor, fu du m ob grauitatem petente metallico, vina instar va pæ colore relicto, remanent.

Si melle vinum sit adulteratum, ilicò dignoscit super candens ferrum consperſis guttulis paucis; re

l

o enim vino, mel residet. Tenuior enim cùm sit
i, quàm mellis substantia, illo resoluto, hoc manet.
Cùm effundis vinum, & non spumat, aut eam sta-
abijcit, & in cyatho salit minutis atomis: & cùm
las, statim eius sentis acumen, est bonum & durabi-
inum.

Dolia aperire oportet syderum exortu obseruato,
vitato: tunc enim motus sit vini, & ipsum con-
stare non conuenit. Et, si quidem in die dolium ape-
Soli vmbram offundere oportet, ne eius splendor vi-
illabatur: si verò noctu necessitate sæpè vrgente, do-
n aperturus es, aduersus Lunæ lumen itidem obum-
bis. Idem c. 21.

22. Porrò ex succis sola, oleum, mel, & vinum
ongum temporis spatium perdurant; alios au-
n succos euenit, aut acescere, aut putrescere,
egitur lib. 4. de simplicium medicamentor.
ultatibus cap. 14. vt refert Fumanellus.

23. Sed vinum plusquàm oleum & mel potest
durare. Etenim apud antiquos vinum ducen-
um & ampliùs annorum inueniebatur; &
tum vsitatum erat. *Notabantur* autem cado
ripto nomine & authoris & consulis C. Petr.
Syric. pag. 26. vt refert Rosinus Rom. Antiq.
im allatæ sunt amphoræ vitreæ, diligenter gypsatæ,
rum in ceruicibus pittacia erant affixa, cum hoc
lo: Falernum Opimianum annorum centum, &c.
enius Acron ad Hor. lib. 1. Satyr. 10. Nota idcò
d aut vina notantur in lagenis, aut Consules.

Inue-

Iuuenalis,

Cras bibit Albanus aliquid de montibus, aut
Setinis, cuius patriam titulumq́ſenectus
Deleuit multa veteris fuligine teſta.

Quatuor porrò ſunt, quæ leuitatis ac grauitatis tione inter ſe certant, vt ſcribit Leuinus Lemn de occultis naturæ miraculis lib. 2. c. 23. *Vin aqua, mel, & oleum; horum omnium leuiſsimum, nimiq́ ponderis eſt vinum ardens, quod vino adm tum fluitat, ſumma ſq́ partes ſubit, oleo in imis fi dente. Eſt enim illi prorſus excocta terrea omnis cretio, totaq́ illius ſubſtantia ignea, aëriaq́ effecta Proximum huic leuitate eſt oleum, præſertim ex li & ſeſami ſemine expreſſum, quod nunquam pr cæterorum oleorum naturam frigore indureſcit, p ter mollitiem, atque inſitam caliditatem. Huic li ſuccedit ex virentibus herbis ignis vi extractus, & num defæcatum, quod minimum dulcedinis adm tum habet. Nam vinum exoticum illud, quod Baj dum, & quem nos Seropon aut Zerapium vocam omnem liquorem grauitate ſuperat, ita vt dolia illi quore oppleta demergantur. Aqua cœleſtis, modò n turbida; eiuſdem enim cũ vino ponderis eſt, nemp quæ menſe Maio cælitus delapſa, in multos anno ſeruatur. Mel verò ijs tertia parte ponderoſius eſt; n itaque liquor, qui in aliquem vſum corpori hum adhibetur, aqua vitæ, quæ ſic appellatur, quòd vi fulciat, ſeniumq́ remoretur, aut leuior, aut pene tior, aut quæ omnia à putredine aut corruptione a-*

præseruet ac tueatur.

At vini temperaturam & eiusmodi, à me ne
pectes, sed lege Galenum, Fumanellum, Fra-
torium, Iulium Alexandrinum, Bartholo-
eum Gaionum, Conciliatorem, Mercurialem,
rum Crescentium, Manardum, Consaluum
issedum, Iacobum de Forliuio, Gentilem,
gonem Senensem, Ludouicum Nonnium in
libri de esu carnium, & alios.

Item quoad problemata, ad vinum attinentia,
e Aristotelem, Plutarchum, Rhodiginum, Ia-
bum Præfectum, Aphrodisæum, Georgium
llam; sed præcipuè Ambrosium Leonem in
o opere quęst. in quo multa non iniucunda
eneris.

Item quomodo vinum conseruetur, emende-
. Item ne peruertatur, ne vappescat, & eius-
di, lege Plinium, Gratarolum, Veccherum,
danum, Mizaldum, Constantinum, Crescen-
in, Catonem, Pictorium, Macrobium, Gau-
tium Merulam & cæteros Agriculturæ
ptores.

Caput

Caput ſecundum.

1. *Vinum aqua miſcendum.* 2. *Vi aquaticum eſt ſaniſſimum.* 3. *chus vini temperandi rationem do* 4. *Naiada Bacchus amat.* 5. *B duas nutrices antiqui appoſuere.* 6. *Cur V aqua ſit miſcendum.* 7. *Qui ab hac regula* piantur. 8. *Tribus caſibus exceptis vinum aqu luendum.* 9. *Cauſſæ.* 10. *Aqua vino miſcenda* litatis, ſanitatis, temperantiæ, modeſtiæ, & ſua tis cauſſa. 11. *Nulla dari poteſt mixtionis re* 12. *Conſiderandæ vini vires.* 13. *Sumentis* 14. *Virgines vinum niſi dilutiſſimum bibere non* rent. 15. *Periculoſum puellis vinum, etiam aqu* rum domitum perpotare. 16. *Vinum dilutum* conuenit. 17. *Mulieres vinum benè lymph* bibere deberent. 18. *Conſuetudo conſider* 19. *Vita genus.* 20. *Anni tempus.* 21. *Cœl* tus. 22. *Vino vna hora aut altera ante pot* aqua miſcenda. 23. *Cur.* 24. *A iocis vino* tator abſtinere ſe debet.

1. VInum eſt aqua diluendum, ſi homi prodeſſe debeat; illud tamen, aquam ferr, vt eſt craſſiſſimum & potens, pe quod pro ſui penetratione & diſtributio indiget; aqua enim iunctum faciliùs penet

omnes partes sese insinuat. Mixtio autem cor-
ri animoque conducit. Nam vt inquit Iulius
xandrinus salubrium lib.16.c.IX. *Omnino ve-
imus mos iste, receptissimusq; olim diluendi vini,
ditionibus hominum, omnibus etiam gentibus, Scy-
fortè tantùm exceptis, qui aut nihil, aut parum
nino diluto vterentur. Quia necessitas aliqua vina
cere cogit. Quis enim Maluaticum nisi admodum
ltum ebiberet, & quis olim Maroneum, cuius vnico
ulo aquæ viginti antiqui addebant.*

2. Arnaldus Villanouanus de vino: *Vinum
aticum est vinum sanissimum, & cognoui medicum
gnæ authoritatis, qui non vtebatur alio vino, & pro
rmis non est melius. Nam fit cordiale & virtuale
vino & aqua; amittitur enim de fumo vini & fu-
o eius propter aquã, & alteratur naturaliter aquæ
riditas & humiditas caliditate & siccitate vini, &
ittitur caliditas vini & siccitas frigiditate & hu-
itate aquæ, ita vt fiat res temperata.* & paulò in-
ds: *Et cùm qualitates, quæ erant vino & aquæ,
e sunt & permixtæ ad inuicem, quia iam passa est
à vino, & facta est remissior in sua frigiditate
umiditate, & vinum caliditate & siccitate facta,
es temperata, magis apta digestioni & incorpora-
i: & ostensio ad oculum huius est, quoniam cùm
t vino miscetur in vitro, manifestè videtur fieri
us inter ea, & ascensus vini, & descensus aquæ tan-
n contrariorum repugnantium se ad inuicem
nisceri. Cùm verò aliquantulum steterit, cessat*

per

permixtio & quiescit, & tunc est tempus bibendi.

3. Et vt Philochorus scribit, referente A
næo lib. 2. *Amphictionem Regem Athenienſium,*
à Baccho didiciſſet vini temperandi rationem, pri
diluiſſe, ac idcircò, qui ſic mixtum biberunt hom
rectos ambulaſſe, cùm anteà curui ob meri potu
cederent: ob tantum beneficium aram eundem
Baccho ædificaſſe in Horarum delubro, quoniam
ræ vitis fructum educunt, & proximè illam Ny
extruxiſſe, documentum bibituris vinum temp
dum eſſe; quia Nymphas Bacchi nutrices fuiſse
dant: præterea legem promulgaſſe, vt ſtatim cun
deguſtandum, ſolum meri nonnihil afferretur,
boni genij quàm magna poteſtas ſit, declararet: c
poſteà, vt temperatum quiſq; biberet, quantum
libitum, ſed cum præfatione nominis Iouis Seru
pietatis ergò; potaturiq;, vt meminiſſent indu
ſaluos ſe, ac incolumes fore, ſi ad eum modum
rent.

4. Ex his deducitur, primum, cyathum, p
meri continentem, poſſe ſine aqua ebibi, ca
autem lympha dilutos, eſſe eporandos.
quidem ferè omnes, ipſimet Poëtæ præſe
qui vini ſunt auidiſſimi, affirmant.

Tibullus:

Naiada Bacchus amat, teſſas ô lente mini
Temperet annoſum Martia lympha n

Idem lib. 2. Eleg. 1.

Miſtaq; ſecuro eſt ſobria lympha mero.

ustus Andrelinus.

Ebria ne titubent dubio vestigia gressu;
Temperet appositum lympha refusa merum.

Marcus Ant. Muretus de Baccho fonti imposito:

Nondum natus eram, cùm me propè perdidit ignis;
Ex illo fontes tempore Bacchus amo.

em ex aduerso respiciens fontem Nympharũ:

Qui colitis Bacchum, comites simul addite Nymphas,
Nam sine ope illarum, munera nostra nocent.

elius Rhodiginus.

Ardentis Semeles audens puer excidit aluo,
Ardebatq; vnà mater, & ille rogo.
Et spes nulla super misera succurrere matri,
At puer in flammis non tamen vstus erat.
Ogygis occurrit, sed non priùs attigit illum,
Succubuit multa quàm Iouis ignis aqua.
Ignis abit, sed non abijt vis ignea prorsus,
Quiq; cuti summa parcit, in ima furit.
Nympha agitur procul; ô puerum, ne tangitè, clamat,
Quisquis es, ignis enim est, ni priùs imbre laues.

.Plutarchus in symp. 3. quæst. 9. *Pater autem superioribus adiecit, videri sibi priscos Ioui duas ices apposuisse, Idam, & Adrasteam; Iunoni vni-, Euboeam, Apollini quoq; duas, Veritatem, & rthalaam; Baccho autem plures, quòd oporteret*

Deum istum pluribus Nympharum mensuris cic tum atque castigatum, mansuetiorem, prudentior reddere.

Clemens Alexandrinus lib. 2. pædag. *Opti est autem aqua plurima vinum miscere, & non i tanquam aquam requirere, hebesq; & obtusum r re ac temulentum; neque tanquam aquam infu propter vinositatem: sunt enim ambo Dei opera, ratione conducit ad sanitatem vtriusq; mixtura;* scilicet & vini. Et Meleager rectè in E Anthologlib. 1.

E cinere vt Bacchum Nymphæ cepere sorore
Membraq; lauarunt fonte perennis aqu
Iunctus amicitia est Nymphis, si fortè repe
Natum de flammis experiere Deum.

Et Obsopeus.

Igneus vrentes iacet in præcordia flammas
Atq; mero vsque meras ingerit ille face
His si nolueris & tu calefactus aduri,
Frigida feruentes diluat vnda cados.
Igniuomo Bacchum flagrantē fulmine N
Seruarunt liquidis (igne perijsset) aqu
Ex hoc Nympharū Baccho coniunctio gra
Hanc nisi sectēris, quod bibis, ignis erit.

6. Cur autem misceri vinum cum aq beat, Ioan. Liebautius in schol. Aphor. 16. Hip. his verbis benè explicat: *Quia enim c est & siccum ad tertium vsque gradum, si mo generosissimum fuerit, non potest in omnibus*

*ut morbis etiam paulò frigidioribus, nedum calidiori-
us, quouis tempore, quacunq́ ætate, quocunq́ cœli
itu, tutò vsurpari, nisi eius feruor, & siccitas, aquæ
cessione atque admissione temperetur ac remitta-
r. Aquæ enim, quia duæ qualitates, humiditas ac fri-
ditas insunt qualitatibus vini, nimirum calori ac
citati contrariæ, ea præ cæteris liquoribus vini per-
ista, vini calorem ac siccitatem retundere potest:
amquàm minùs calorem, quàm siccitatem, quòd
uà summè humida sit, non item summè frigida.
ò fit, vt vini calor non facilè cedat aquæ frigori,
vini calidæ partes, aquæ perfusæ tam facilè aufe-
ntur, quin in vnum sæpè à frigido coactæ, vt in cal-
exemplo obseruamus fortiores euadere, aut poten-
s frigori aquæ resistere possint, donec vini & aqua
tes ad minimas particulas redactæ fuerint. Sic enim
tua actio & passio qualitatum contrariarum, ea-
nq́ inuicem confusio tantò promptior atque facilior
tingit, quantò ad minores particulas fit diuisio.
inde ad retusionem caloris vini oportet largiorem
æ affusionem accedere, & potiùs vinum aquæ,
m aquam vino permiscere, à permistione vtrumq́
ensiùs agitare, & antequam bibatur, aut admo-
tur, aliquantulum residere sinere. Quamquàm ne
uidem vini calor ac siccitas ex æquo deperire aut
ndi poterunt, sed ipsa magis siccitas, & ex ea retu-
e, vinum dilutum multò humidius, quàm frigidius
i. Præter temperationem, quam aqua vino adfert,
quoq́ vaporationem, vnde varia symptomatæ*

oboriri solent, coërcet, vim quoque extenuandi qu
habet insignem, magis auget. Aqua enim vino m
ta, cogit vinum diutius morari in parte, indeq
vires promptiùs exerere. Nam vinum per se pra
agitur per vniuersum corpus; aqua verò sua tardi
in singulis partibus diutius cunctatur; vinumq
mixtum retinet; à vino autem hoc mutuum em
mentum aqua accipit, quòd ab eo tanquam veh
feratur ac ducatur per vniuersum corpus, alio qui
la in hypochundrijs diutiùs morari solita. Proinde
dicorum prudentiam callere visi sunt, qui primi
diluendi vsum excogitarunt.

7. Verùm ab hac regula primò excipiuntu
qui vino sunt natura amici; nam si aquam eb
re cogerentur, in aliquem morbum grauissim
inciderent, vt Dionysio euenit, qui, teste Ari
Probl. 1. vt refert Mercurialis, proprietate n
rali vsque adeò vino fuit amicus, vt cùm in
dione cogeretur aquam ebibere, tabidus e
rit. Quod quidem in ipsis morbis eiusmod
mines à vino non se debent abstinere: &
Mercur. lib. 5. de Febr. c. 9. ait, *in omnibus*
curandis magnam potestatem habere proprietat
minum; sunt enim nonnulli vsque adeò à natura
parati ad vinum, vt etiam in extremis mor
possint abstinere.

Secundò ij, qui volunt appetitum ex
possunt vinum generosum sine aqua præb
Veteres enim, vt idem Mercurialis lib. 3. pra
anno

notauit, ad excitandum appetitum ſolebant
num vetus & generoſum perpotare. Tertiò,
ui vinum Maluaticum, Razenſe, Græcum, &
iuſmodi, mane potat ad humiditates corporis
ſiccandas; nam ſi eiuſmodi vina, quæ vim me-
camenti obtinent, aqua diluerentur, homines
o fine fruſtrarentur.

8. His tribus caſibus exceptis, vinum eſt aqua
uendum, niſi ſua natura ſit leue aut aquoſum.

9. Primò, quia aqua non pura, nutrit, &
tritioni inſeruit, vino præcipuè admixta, vt ait
ercur. tract. de vino & aqua. *Et tribus modis poteſt*
tritioni inſeruire, quia, vt Eraſiſtratus dicebat
ud Plutarchum in quæſt. nat. aqua eſt veluti vehi-
lum alimenti, perducit ad partes nutriendas ali-
mtum, & dicebat Hipocrates lib. de alim. quòd hu-
ditas eſt vehiculum nutrimenti. & Galenus dixit
. de facult. nat. hac de cauſſa potum eſſe elargitum
imalibus, vt eſſet vehiculum ciborum atque ali-
nti.

Alius modus eſt, quòd aqua colliquat & attenuat
os ipſos, ſolidos; plerumque enim animalia veſcun-
cibus ſolidioribus, quæ vt nutriant, opus eſt eliqueſ-
it & in ſuccum & ſanguinem conuertantur.

Tertius modus eſt, quia præparat, diſponit, aptaq;
ldit corpora noſtra ad ſuſcipiendum nutrimentum,
poſſit adhærere; non ſecus ac fabri murarij irrigant
ros aqua, vt calx magis hæreat; continuo enim
tu & calore exſiccantur corpora noſtra: irrigat

itaq; ea aquæ vt facilius adhæreat alimentum. H
rem cùm tractaret Plutarchus 6. lib. probl. 3. circa
tria dicit sempiterna memoria digna: Primum
aquam vtilem esse ad distributionem, tum ad disti
tionem & aptitudinem corporibus ingenerandam
suscipiendum alimentum. Secundum, &c. ad
nostram non faciunt.

Secundò, quia aquæ potus est antiquissim
maximeque simplex, communis, & naturalis
cundùm illud Boëtij de prima ætate:

Somnos dabat vmbra salubres,
Potum quoq; lubricus amnis.

Qua de re aqua summa iniuria afficeretur, s
num generosum, sine eius præcipuè admisti
compotores ebiberent, cùm sit reliqua
potionum caussa & origo.

Tertiò quia præter multos vsus, quos hab
sitim sedandi, membra temperandi, digestion
adiuuandi, alimenta elixandi, & diducendi,
uandi, abstergendi, &c. vinum quoq; refrige
illudque palato gratissimum reddit: quare
suauius ebibatur, debet cum ea admisceri.

10. Aqua ergo vino est admiscenda, ciui
tis, sanitatis, temperantiæ, modestiæ, suauit
non auaritiæ & ebrietatis caussa. etenim bi
nes vinum dilutũ quandoq; perpotant, vt p
pocula exhaurire, aliosq; in Bacchico certan
superare valeant; & auari, vt vinum ad mul
tempus perduret, aqua dilutissimum sorbe

ca-

risque tale ebibendum propinant.

Quartò, quia antiqui omnes id efficiebant; vi-
im cum aqua consonantias inuenerunt.

Quintò, quia vinum, ingentium præsertim vi-
i est incendium; vt enim inquit Ioan. Stri-
is de Baccho:

Dicitur à Nymphis gelidas immersus in vndas
Editus è patrio Bacchus vt igne fuit.
Hinc mixtus Nymphis, prodesi magis ille bibẽti,
Quem nisi miscueris, nil nisi torus eris.

omodo antiqui vina miscebant, hîc est su-
acaneum repetere, quia Athenæus in Deip.
archus 3. Symp. Gaudentius Merula me-
. Mercurialis var. lect. Plinius, Stuchkius, &
is Alex. probè referunt, neque id ad no-
n institutum pertinet. Nam quisquis generis,
litatisque vini notitiam habens, varijs aquæ
tionibus illud in commoditates suas trahere
est.

ed cùm nulla certa dari possit mixtionis re-
; *ita metiendus est*, vt inquit Liebautius, *aquæ*
us, vt vini & aquæ nocumenta vitentur, & emo-
entum adferatur: plus nimirum, vel minus aquæ
tur pro vini viribus, pro sumentis ætate, consue-
ne, vitæ genere, pro affectus morbosi specie ac mag-
dine, pro anni tempore, & cœli statu, ita vt æqua-
c referendum videatur ad vires vini & sumentis.
Verùm hæc omnia sigillatim & prolixiùs sunt
licanda.

12. Primò, considerandę vini vires. Nam vin potentissimum multa aqua est temperandum Maroneum antiquor. quod vigintuplam ac capiebat mensuram; & Falernum, quod ol generositatem ac potentiam indomitum ap labant, hacque tempestate, Corsica, quæ sunt missima & statim cerebrum petunt, Cret Trebulana, Græca, Lachrymæ, & eiusm multa aqua diluenda, si in conuiuijs aliorum vi rum more potitentur, quibus tanta aqua adi cenda, quousque edomentur: Pauca verò a lymphanda, quæ statim ab ea vincuntur, & ra bibenda, quæ exiguarum sunt virium; potentia eriam marina aquâ ob multas vtilit antiqui diluebant, vel alia, quæ vina attenuar eliquare possent, immittebant; quæ quidem la his verbis affert:

Cur Vinum marina diluunt, vt vtilitatem qu dam se assequi aiunt piscatores, vt præscribatur nysius. Nam ita Bacchus nominatur in mari maa ciendus. Qui verò à mari longiùs absunt, za thiam, gypsum torrentes immittunt, vinum calid opitulatur aduersum circumfusam frigiditatem ipsam potiùs è vino educit, extinguendo ac corr pendo ipsius vim, vel quod aquosum, spirituosumq vino est, periculosam habente mutationem, sistit te stres partes, quæ possunt obstruere & attenuare. autem & aqua marina attenuat & eliquat, quod traneum ac superfluum est, neque sinit tetrum odo

abem admittere. Præterea quicquid in his fæcu-
ũ sit & terrestre, grauioribus implicitũ ac conuul-
, subsidere facit, & fæcem constituit, vinumq; pu-
ac defæcatum relinquit. Inde Horatius Alcon-
m inquit maris expers; ideò etiam institutum, vt
Varro, quòd Delphini circa Liberum pinge-
ur.

3. Pro sumentis ætate; quia pueri, mulieres,
erui vinũ dilutissimũ bibere tenẽtur: antiqui
n illis vinum interdicebant. Nam Matronæ
nanæ vinum non attingebant, & ephebi, ser-
ie eo abstinebant; quod quidem apud om-
rorum est. Virgines nullo modo vinum bi-
nisi dilutissimum deberent, vt inquit Alcia-
n emblem.

Quid me vexatis rami? sum Palladis arbor.
Auferte hinc botros, virgo fugit Bromium.

4 *Oliua enim Mineruæ arbor, vitem increpat*, vt
idius Minois explicat, *quæ suos ramos implicet*
mouear oliuis. Sumptum est autem distichon ex
aco incerti, quod Iambicis dimetris sic reddidit
tianus:

Quid me implicatis palmites?
Plantam Mineruæ, non Bromij?
Procul racemos tollite,
Ne virgo dicar ebria.

consentit, vt idem dicit, illud Varro: is ex
hone; Virgo de conuiuio abducatur; ideò
maiores nostri virginis acerbæ aures, Ve-

neris

neris vocabulis imbui noluerunt. Ouid. 3. art.

Turpe iacens mulier multo madefacta Lyæo:
Digna est concubitus quoslibet illa pati.

15. Etenim anceps fœminis, sed valde pu-
culosum puellis, vinum etiam aqua parum do-
tum perpotare. Sic & pueri ac infantes: sed
multi & primæ classis medici, Platonis non-
lorumque aliorum Philosophorum sententi
amplectuntur, qui vinum pueris denegarunt,
que ob rationes, quæ ab Alphonso Lupeio i
bello de vini commoditatibus afferuntur:
sunt hæ:

16. *Atque citra magnum sudorem, quis posset
fensare, pueris non esse inhibendum vinum: quon
benè dilutum non ferocire faciet genuinum calo
immò illum tutabitur: suppeditabitq; humorem di
moniæ, & augmento, quo pueri egent decentissim
pituitosasq; humiditates vacuabit. Adde etiam d
Pueri à tenellis vino assueti, minùs ab eo in rel
ætate offendentur. Venenum enim etiam per assue
nem desinit officere; nedum vinum, quod homini es
familiare.*

*Hæc magis fulciendo, experientiam, quæ ver
est magistra adducet in testimonium. Quæ qu
monstrat facilius iuuenes, qui in pueritia vinu
gustarunt, à vino tentari, quàm eos qui in primi
tibus fuerint abstemij: quos bona potiri valetudin
mo non videt.*

Hancq; sententiam non esse priscis Medicis a

uthoritatibus ostendere poteris; quippe auctor
ubri diæta, vinum pueris non interdicit: cùm
: Infantes diu sunt calida lauandi, ijsq; vinum di-
n exhibendum. Quem textum Galenus expo-
vinum esse porrigendum infantibus non inficia-
t quibus doctus Aetius serm. 3. prima part. c. 28.
n pueris non inhibet. Atque vt hoc est Græcis au-
bus consentaneum, fuisse olim Græciæ vsurpa-
Homeri auctoritate poterit probare; quippe qui
id. dicit Achillem in pueritia bibisse vinum, quòd
ro tam ingenuo, regaliterq; nutrito, de cuius sa-
tagna (vt par est credere) erat solicitudo, vinum
nterdicebatur: creditu dignum est alijs pueris
usse interdictum. Verba Homeri, quæ nomine
iis alloquentis Achillem dicit, hæc sunt: Sæpè
profudisti in pectoribus vestem vino singultans, in
tia tristi.

.Mulieres quoque vinum benè lymphatum
ere debent, & quòd ei non debet interdici;
author Romanor. institutum his perstrin-
Asserunt insuper fuisse institutum, vt cognatis
m ferrent reprehendendi caussa ve odor indicium
t si bibissent. Sed quis, licet sit talpa cæcior, non
hoc institutum esse execrabile. Quippe ipsi lauda-
reputabant mulieres osculum ferre, quod Vene-
let titillare, quàm bibere vinum, quod mirificè
& sanitatem solet custodire; inuidentiæ enim
us, tanto bono eas velle defraudare. Et inferiùs:
natura in vino producendo viris fuisset mater,

mu-

mulieribus nouerca; quæ quidem natura & b
animantibus voluit hunc succum prodesse: quor
quorumcumq animantium vegetat actiones. quoc
præterit bonarum literarum Oceanum Homerum
8. *Iliad. dixit, Andromachem Hectoris equis vi*
exhibuisse, &c.

Senes vinum purum, si generosum non sit
si vehemens, pauca aqua dilutum; iuuenes
dilutissimum bibant, de quo alibi dictum est

18. Consuetudine; nam diluenda sunt vin
qui consueuerunt: & non assuetis vinum, ni
ingentium virium, nequaquam est diluendun
egregiè ad hanc rem Ioan. Bruyrenus de re
ria lib. 17. c. 9. *Sanorum maxima pars, vinum*
dem dilutum potant: verùm aquam vinum vi
non est necesse: quamobrem qui censent omnibu
riter miscendam esse aquam vino, errare largitu
prehenduntur: etenim consideranda sunt perm
quæ modum temperationis edocent, natura, tem
mentum, ætas, regio, & consuetudo, quin & v
turaq vini ipsius. Nouimus enim quosdam di
potare assuetos, qui meraciori epoto vel pusillo l
tur; alios item meracius bibere assuetos, quibu
triculus subuertatur potione dilutiori. Non
protinus (quod tamen sæpè fieri hodie video)
aut vinolenti censendi sunt, quibus potus merac
vsu est, quippe si modus seruetur, plerisq magn
valetudinem tuendam auxilium præstat.

19. Vitę genere: quia literati, & in stu

rum incumbentes, vina fumosa euitare, cæte-
e vina diluta ebibere debent; qui se exer-
, meracius: mancipia, serui & vniuersa fa-
a, hyeme aquosius, vere & æstate, quando
is laborant, largius & meracius ebibant. Et
fuit Catonis sententia, vt refert Mercurialis
ir. lib. 1.

Pro affectus morbosi specie; de quibus in 3. c.
. satis superque diximus.

o. Pro anni tempore; quin quod ad tempo-
qualitatem attinet; hyemis quidem tempo-
t inquit Ioannes Katzchius de gubernanda
tate, cùm immoderatè frigida, humidaque
corpus calefaciendum exsiccandumque est,
oque plurimo cibo, sed calido & sicco: potu
o pauciſſimo, eoque meraciſſimo: carnibus
gis assatis, quàm elixis: oleribus pauciſſimis
anni tempore vtendum est.

Vere autem: quia temperatum est, temperatis
s & potibus vtendum, paulò plus dilutiusque,
m in hyeme bibendum, ciboque paululum
endum est.

Estate verò: quia hoc anni tempus calidum,
umque est, corpus exuritur, squalidumque
dit, ob id humectandum refrigerandumque
pus est: Commodissimum igitur fuerit tum
poris nutrimento vti humido, & molli, car-
us potiùs elixis, quàm assatis: potio sit mul-
magisque diluta, quàm in vere.

At

At Balduinus Ronſſeus Epiſt. med. 52. a
æſtate etiam merum, leue tamen, eſſe biben
Cæterum ſciendum eſt ab ambientis aëris cali
innatum illum, quo viuimus, calorem quodam
diſsipari, atque ventres ipſos, vel Hippocrate noſt
ſte, æſtate tum eſſe frigidiores, tum agriùs conco
neque ſatis ferre cibos: promouendam igitur eſſe
ventriculi functionem & refocillandum calore
lum, quod meliore ratione aut maiori compendi
non poſsit, quàm moderato vini meri potu, quand
ſit, quod meliùs aut citiùs collapſas vires reſti
quàm vinum, Galeno ipſo de morb. cauſſ. auctori

Per autumnum verò cibo paulò plenior
ſicciore, bonique ſucci, vti expedit: minus
ſed meracius bibere commodum eſt.

21. Pro cœli ſtatu; quia ſub canicula mu
& dilutius bibendum: ſicut è contrario in
da regione, meracius, in calida verò dilutius
potandum.

22. Porrò vinum vna aut altera hora ante
tionem aqua permiſcendum, vt Balduinus R
ſeus epiſt. med. 16. ait: *Tu igitur ſi diluto po*
vti decreueris, in rem tuam eſſe puto, hora vna a
tera attemperare vinum; aut ſi id non concedatu
minimum expectare, dum aqua vinum permi
ſit: nam ſicut ſunt inter ſe planè contraria aqua
vinum; ita non citra ſummam commotionem
perturbationem commiſceri poſſunt: videmus
quotidie, dum aqua mero affunditur, modò hoc,

m ſurſum ferri, atque id non ſolum tantiſper dum bitur aqua, fieri, verùm etiam longo pòſt tempore, ue ante ceſſare commotionem illam quàm tota to- commixta ſint.&

Integrum perdunt lino vitiata ſoporem.

ert Mercurialis var.2.17. In multis Italiæ ci-
tibus plures vina castrant, sacciſque eius vi-
castigant.

1. *Defæcatum vinum, & à suis fæcibus defusum,*
ius est validius, sed ad sui conseruationem imbe-
lis, & magis inebriat, quia quantò liquidius de-
ata fæce vinum efficitur, tanto redditur fugacius,
n omnes bibentis venas penetrabilius; quò fit ve
em sanguinem celeriùs magisq; incendat, ac men-
excutiat; sed propterea promptiùs mutatur, nec
tinam vim retinet, ac in vappam ocyùs concedit,
t nullo firmamento nixum vndiq; eo, ex occasione,
mlibet leui ad iniuriam patet; fæx enim sustinen-
ino, & alendo radix est, & stabilimentum, nec abs
ini mater nobis vernaculo sermone dicitur, quasi
rix & altrix ipsius, si veterascere debeat. Iason
tensis de cereb.morb.accepit à Macrobio, qui
breuiùs enarrat.

2. Vinum lymphatum magis, quàm dilutum
briare affirmat Auicenna, & cum eo nonnulli
Neotericis, hac ratione nixi, nempe quòd aqua
l subtiliet. At verò hæc opinio solùm de vino
ieroso & potenti, cui aquæ parum sit permix-
o, intelligi debet, non de iusta aquę & vini pro-
tione, de qua alibi dictum est, alioqui ipsius-
t experientiæ & rationi ea sententia apertissi-
repugnaret.

23. *Vinum crassum & nigrum stabiliorem facit*
etatem; hinc qui zytho hordeaceo aut ceruisia in-
ebrian-

ebriantur, longiore tempore manent ebrij. At à tenui breuior est ebrietas. In quantitate, multitudo vaporum non tam facilè discutitur, neq; tam bono tempore, quàm parua copia. In qualitate, si vinum fortius, citiùs inebriabit, & diutiùs. Iacob. Holle comment. Aphorism. Hipp.

24. *Idem vinum, meracius videtur ieiuno, quàm qui cibum sumpsit. Ratio, quia venas inedia vacuarit, saturatas obstruit. Igitur cùm potio per inanitem penitus influit, quia non obtusas cibo venas invenit, neq; sit admistione dilutior, per vacuum means statu fortiore sentitur. Qui verò esuriens biberit; quantulum tamen subleuat; qui verò sitiens cibum sumpserit, non solùm non domat sitim, sed magis cupidinem potus accendit. Nota est causa. Nam liquoribil quidem efficit, quin sumptus ad omnes corporis partes quoquo versus permeet, & venas compleat, ideò inedia, quæ inanitatem fecerat, accepto potus medio, quasi iam non in totum vacua recreatur. Citius verò vt pote concretior & grandior, in venas non nisi paulatim confectus admittitur. Ideò sitim, quam reperit, nullo solatio subleuat; imò, quidquid foris humoris nactus est, exsorbet, & inde penuria eius, quantis vocatur, augetur.* Macrobius.

25. Hìc tamen obiter notandum est, discrimen inter ebrietatem & crapulam esse, vt ait Galeni sententia Mercur. tract. de febrib. lib. *etsi interdum hæc duo nomina confundantur; sæpè tamen ebrietas significat eam turbationem, quæ vna ta-*

die durat; crapula autem eam significat turba-
tem, quæ pluribus diebus durat.

.6. *Illud etiam notandum ex eodem, vtramque*
ebrietatis speciem duplicem esse adhuc; vnam in
neq; animus neque corpus quidquam operari po-
quia tam corpus, quàm animus valetudine sepulti
. Alia species ebrietatis est, in qua tametsi animus
pitus, corpus tamen aliquid operatur.

7. Notandum præterea est ex Stuckio an-
conuiu. *Differentiam esse inter ebrietatem &*
bositatē. Ebriositas propriè est affectio, vel habitus,
quis libenter, sæpè, citò & facilè fit ebrius. Ebrie-
verò est ebriosi status, dum scilicet quis actu est &
bus. Eodem modo ebrius & ebriosus non secus diffe-
, atq; inuidus & inuidiosus: ebriosus enim pro-
dicitur ad ebrietatem procliuis, vel qui sæpè ebrius
t Cicero de fato, Stilphonem Megaricum Philo-
um scribunt ipsius familiares & ebriosum & mu-
sum fuisse. At ebrius, qui actu est ebrius. Potest
n quis esse ebrius, qui tamen natura & consuetu-
ab hoc vitio maximè abhorreat; & contrà quio
bosus esse potest, etiam cùm nihil vini gustauerit.

Varij sunt temulentorum effectus, proprieta-
, & naturæ. Aristoteles scribit eos, qui vino
ulenti sunt, in faciem pronos vergere: qui
ò zytho, in caput resupinari; quia vt nimio
caput grauatur; sic zytho vertenosum fit,
omnolentum, vt refert Athenæus lib. 1. Deip.
d quidem Lemnius de occultis natur. mirac.

lib.

lib.2. cap.19. clariùs his verbis explicat: *Qui zythio temulenti sunt, non in omnem partem corruu[illegible] sed retrorsùm dumtaxat ac supini: Qui enim ex vi[illegible] ebrietatem contraxerunt antrorsum proruunt, ac p[illegible] ni decumbunt: sic vt isti genas, frontem, faciem, nare[illegible] mutilent: illi scapulas & occipitium, vbi in terr[illegible] deuoluuntur. Quod ipsum etiam spectare licet, vbi [illegible] ter pocula somno corripi solent. Ex ceruisia enim vu[illegible] capite in ceruices deuoluto, biantiq; ore dormiunt: [illegible] vino autem facie mentoq; in pectus inclinato. Ra[illegible] est, quòd fumi vaporesq; ex vino sinciput, partesq; c[illegible] poris anteriores occupant, ex ceruisia occiput parte[illegible] posticas obsident. Quo fit, vt isti obliuiosi sint ac so[illegible] nolenti, minimeq; loquaces; hi clamosi.*

Ebrij vertiginibus caligant, & spiritus cerebri[illegible] petentes, illud concutiunt, & circumuertunt. Rho[illegible] ginus lib.28.c.33.lect.antiq.

Iis circumferri videntur omnia, nec alio agit[illegible] motu, quia cùm vapores humidi à vino resoluti [illegible] cerebrum insederint, ab eodem ad neruos reflectun[illegible] opticos, & oculorum pupillas circuutionis moti[illegible] quemdam fieri, vt in aquis conuisitur fluentibus. Ci[illegible] enim obicem offenderint reiecta in ambitum, muta[illegible] tur. Idem.

Longinqua minus vident ebrii, quia spiritus opti[illegible] præ aliis esse lucidiores oportet, ac subtiliores: nunc [illegible] tem intemperatiore haustu retusi tenebriciq; eua[illegible] runt. Hinc Auerrhois in pragmatica de sensu & se[illegible] li, de videndi potestate agens, id organum haudq[illegible]

qu[illegible]

extendi in actum affirmat, ni in statu fuerit na-
i, nulla prorsum re afficiente aut interpellante.
icari autem videndi facultatem diuersamq; fieri
oticorum varietate spirituum. Quandoq; enim
alis spiritus, vt lib. 4. de accident. & morb. Gal.
it, clarus est ac perspicuus vt æther: interdum
idus perinde ac fumus & nebula: Porrò idem vel
sus est, aut modicus: si multus, lucidus, clarus
tui subijciuntur vel remotissima cuiusmodi fere
viuentium visus agnoscitur. Idem ibidem.

inolentorum lachrymas iucunditatis afferre plu-
im liquet, ratione maximè illa, quod euidens ebriis
nimentum, si copiosiùs effundant redundantem in
e humorem; cerebrum quippe vini oppletur va-
ous, ac eo nomine, molesto item grauatur onere,
profusis lachrymis fit subinde leuius, & inde vo-
us in fletu vinolentis iucunda. Idem lib. 12. c. 4.
brietas secundùm naturarum diuersitatem,
inducit accidentia; quorum *Sanguinei ine-*
ti rident, hinc inde currentes, & quasi stoliditatem
ntilem habentes. Cholerici efficiuntur loquaces,
nobiles, & quasi quandam furiam incurrunt.
gmatici efficiuntur somniculosi & stupidi, cum
o graui & molesto. Melancholici efficiuntur
es, & incipiunt flere peccata sua. Intelligendum
quòd omnibus ebriosis & habentibus caput ple-
vaporibus grossis, indigestis, videtur quòd circa
en candela sit rota magna diuersis coloribus, &

hinc

hinc est, quia spiritus luminosi propter vapores turbati. Gordonius in lilio medic. par. 11. c. 2

Varij etiam & infames effectus; vt e Georgius Victorius de bona valetudine con uanda lib. 3. scribit: *Cauponem enim vicinum beo, vbi quosdam porcos affectos oletum deuorante piùs noto. Alios canes, ter comesta, quartò come tes. Alios leones, in rabiem sic exagitatos, vt to furiarum fremere cohortem conijciam. Nonnullo nos intantum rudentes, vt nec indecentiùs omnem cadiam potuisse credam. Absit quod glires alios indies videam, quando vino sopiti, omnem fortu dormiendo negligunt. Et Pamphilos quosdam, qui amatoria narrare student, ructus edunt, & ve bombos, fœtidum sic excreantes anhelitum, vt Augiæ stabulum olere dicas.*

Valde temulenti minùs insaniunt, quàm rum ebrij, ob fumos vini vaporantes turbi reddentes lumen animæ rationalis obscur propterea parum temulenti delirant, sed ad dum vinolenti delirare non possunt, quia ta epileptica seu cadauera in terra iacent. Ia Præf. de natur. vin.

Lingua ebrij balbutit & cespitat.

28. Ebrij malum vinum suauius potant, cùm fuerint inebriati, discumbentes bibũt, deterius est, quia vt scribit Georgius Valla in sicis quæst. potores grandes habent meatus ingentes itaque meatus tenue & optimum

absque repercussione recurrit. At malum crassum fuerit, consisti, permanetque, eaq; voluptatem gignere videtur.

.*Vinolenti suspiciosi sunt, & minaces insurgunt, violentissimo perfusi calore, incomposito agitantur ac diuersas subeunt passiones.* Baccius ex A-obl. 11. & prob. 1. se .x.

. *A diluto postridie capite magis grauantur, à mero: quia merum validiùs impetit, validè dissoluit vim ebrietatis à cerebro; dilutum verò, um habet ascensum, paulatim opplet cerebri s, nec facilè dissoluitur, sed grauat caput ad al- & tertiam interdum diem.* Idem ex Arist.

.*Ad lachrymandum sunt propensiores, eua-, lippi, quia vinolentia non dubiè circa loca ca- nsistit, ac proximè in concauitates oculorum se at; deinde in nares & in fauces; vnde consopiti auiter expirant, vel stertunt, donec omnem iscant crapulam.*

.*Vbi vinum hominem inuenit frigentem, & à ate taciturnum, pauco liberaliori potu refouet, q; ad verba, tum largiori potu verborum vberem ntem fidentemq; reddit; posthac processu potan- liore audacem propensumq; facit ad agendum. e pleniùs amplificato potu in contumelias ac pe- iam vertit, mox ad insaniam propemodum ac- ; postremò nimio ex potu resoluit, & aut stul- ut attonitum, & eorum instar, qui à puero atræ tio, comitiali laborat morbo. Igitur vt homo ex*

inclinatione naturæ, longo tamen quodam ten trahitur in quempiam habitum præcipuè vitio vnde alius sit loquax alius mente commotus, ali chrymabundus, vt aliorsum nesciat immutari; quoq; & inter bibendum informat homines, quandam non raro excedunt mensuram, vt iden bro à se discrepet varijs illapsus ac imbutus moru neribus; quippe aliàs misericordes redduntur, aliàs rati, aliàs taciturni, vel adeò periclitantes in lasci fiunt, vt sæpè osculari inducantur eos, quibus ner brius dare osculum velit, quia vel deformes, vel prouecti sunt. Baccius lib. 3. c. 20.

33 *Lingua ebriorum balbutit & cespitat.* N *humiditatem vini lingua extenditur, sicut spo impleta aqua, & ob tumorem & crassitiem, serm articulatum reddere non potest; humiditas enim lacertos ipsius linguæ, quibus mouetur, molles r propterea lingua suum exercere officium non pot sic oberrat; & sicut sub aqua ob aeris absentiam loqui non potest; ita propter humiditatem exist in ore & in lacertis linguæ sermonem rectum pr non potest lingua: sanè caro rara spongiosaq; quam venæ, nerui atq; lacerti facilè penetrant, què humiditatem patiuntur.* Iacob. Præfec nat. vini.

34. *Vinolentis res vna plures videtur, qui oculus versus partem inferiorem, aut superiorem uetur, & sic vnum apparet duo, quia versus an maiorem aut minorem, cùm oculus mouetur p*

, nullum nocumentum ferens, principia generan-
sum. sicut virtus visiua crystallina, & species vi-
ob vapores vini à suo recedunt naturali situ, &
sum caput in ordine mouetur, & sic res vna
r esse plures. Idem.

.Temulenti Solis gaudent calore, quia Sol sui
tate viuifica ad concoquendum operatur; ob id
nti Phœbi calore lætantur, quia indigent con-
e vini hausti; & quia calidum innatum eorum
noderata copia vini effectum est frigidum, ex
pit à Sole calefieri. Idem.

3. Vinolenti tremunt: quia tremoris caussa est
tas, & tremor ob inopiam caloris generatur; &
inolentis calidum innatum deficit ob immodi-
ini potum, idcircò tremor generatur, licet vinum
ura calidum; tamen per accidens infrigidat;
lacies per accidens calefacit, calidum semper ex-
corrumpit, & extinguit insitum calorem, vt
a magna minorem. Idem ex Alexandro in
em.

Vinum biliosos reddit furentes; pituitosos &
holicos audaces, idq; propter naturæ diuersita-
ia actus agentis in patiente benè disposito est, &
im naturam aut aptitudinem materiæ formæ
itur, &c.

Vinum licet idem sit in varijs tamen hominibus
roducit effectus: Ad risum siquidem alios exci-
lachrymas alios, alios ad vomitum, ad mentis
ionē alios, alios rursus somno sepelit, ad vigiliam

cogit alios; nec mirum: nam licet idem sit vinum, eadem tamen est quibus constant, humorum mixt
Idem.

39. Dubitatur, vtrum sit licitum aliq do se inebriare. Quæstio intelligi debet de eb tate ob sanitatem sine peccati suspicione con uandam: nam quoad moralitatem nullo m conuenit, vt inqui Ermippus:

Non per Iouem, non sanè
Inebriari debet vir bonus, neq,
Calidis balneis se abluere, quæ tu facis.

Medici, vt Auicenna & Galenus, alijque r hanc ebrietatem laudant. Asserunt enim bo esse, semel in mense inebriari; non propter e tatem, sed quia ad ebrietatem sequitur vom sudor, & secessus, quę corpus expurgant, ab gunt, ac mundificant, somnusque profundus excrementa digerit & concoquit, omniaqu perflua sudore, aut secessu resoluit. Cato i concedit, & Seneca, quamuis de hac non lo tur, aliam Catonis, Solonis, Agesilaique exe lau dat: *Nonnunquam* (inquit) *& vsq, ad ebrie veniendum, non vt mergat nos, sed deprimat cur animum moueat; vt morbis quibusdam, ita tr medetur.*

Et Ouidius:

Quid tibi præcipiam de Bacchi munere, quar
Spe breuius monitus experiere meos.
Vina parant animos Veneri, nisi plurima sun

Et superant multo corda sepulta mero.
tritur vento, vento restinguitur ignis:
Lenis alit flammas, grandior aura necat.
nulla ebrietas, aut tanta sit, vt tibi curas
Eripiat, si qua est inter vtrumq; nocet.

arsilius Ficinus vtendum esse vino claro, ac
imquam vsque ad ebrietatē tradit, God. re-
e vt veteri sanguine renouato, melius la-
se habeat; quod quidē sudor, secessus, som-
ex ebrietate elicita præstat. *Neque cuiquā,*
quit Petrus Gofredus in dialog. de amor.
cap. 8. *hac absurda siue mala videantur; sicut*
cætera pharmaca medicandi caussa sumere ma-
on est: ita putandum est quoq;, eadem ratione
se malum, eo casu, quem Ficinus expressit, sese
ndo vino multo immergere

ulgus autem huic ebrietati assentitur, vt in-
Petrus Forestus: *Vbi venter vacuus est, eo ta-*
aporibus capitis dolor commouetur, non sine ra-
pulgo per suasum vini potu elici. & Menesileus
de Cothonosmo modum hac ratione tra-
ria verò tibi compotanti erunt cauenda, ne ma-
inum pendulúmue bibas, neq; merum, non mix-
neq; te in compotationibus, bellarijs secundæ men-
leas; at satis cùm te vino impleueris, ne dormias
quàm euomeris; post vomitum verò parum lotus
ie. Quòd si te non sufficienter curare pote-
tunc plurimo aquæ calidæ vtaris lauacro. At
scus Gordonius in lil. Med. multique alij,

n eliùs esse se præseruare, quàm curare opi
tur, quia eiusmodi euacuatio est ignominiosa
est tuta, cùm ante vomitum possit quis in
plexiam incidere; & Arnaldus Villanouanus
riculosam esse affirmat, quia vinum sua calid
& tenuitate humores violenter exagitat, &
ius nocumentum, quàm commodum ab ea
cipitur. &

De regimine sanit. dicit, *quòd inebriati*
debet esse fortis, quia eius nocumentum in cereb
notabile. Nam talis inebriatio plus debilitaret v
tes animales, quàm quies sequens confortaret i
Debet igitur inebriatio esse debilis, quæ somnum i
cat, & sollicitudinem circa moderantiam pe
amoueat. Fortiùs enim inebriari vituperabile in n
bus & natura.

Ego horum auctorum sententiæ me sub
bo; tum quòd multa euacuationum remedi
medica facultate faciliora non desunt; tum co
eiusmodi temulentia sit scandalosa, inciuil
coacta; potus verò coacti nocent; sicut è co
spontanei corpora iuuant, vt in Antholog. l
tur:

Sunt sponte exhausti lætissima pocula potus:
Baccho & potori vina coacta nocent.

& sublata ebrietate impossibile est, quin ali
noxium in corpore remaneat; vt enim D.C
sostom. hom. 71. ad populum Antioch. asserit
ut febre præterita febris manet detrimentum

ate sublata ebrietatis tam in animæ quàm in re versatur tempestas, & miserum quidem cor- lutum iacet, sicut ex naufragio scapha. Hoc au- nfelicior anima, etiam hoc soluto, procellam sus- & accendit libidinem, & cùm continens esse vi- , tunc præsertim insanit, vinum, & dolia, phialas ateres mente concipiens. & sicut tempestate se- procella tempestatis tamen remanet: nocumentum n & in ista: sicut enim illa mercium fit iactura, iter & hîc omnium fere bonorum efficitur; siue stiam inueniat, siue pudorem, siue prudentiam in utatis pelagum omnia proijcit ebrietas; sed quæ se- tur non adhuc similia: illic enim post iacturam a leuis efficitur, hîc autem magis grauatur. Sed cipua ratio est hæc, nempe quia temulētia ob atem intenta, non solùm valeret stomachum scera offendere; verumetiam hominum ani- s in insanum furorem inducere, qui posteà ra- Bacchi agitati, nullis existentibus caussis, tru- ntas excitarent discordias, nefanda commit- nt, in sodales, & suos sæuirent, propinquissi- que exitium compararent.

40. Hîc tamen notandum est, non esse pecca- , si quis medico suadente se inebriaret, vt entia Tom. 3. comment. Theolog. Disp. 9. 3. p. 2. ex D. Thoma & alijs annotauit: is modo inquit: *Si quis non propter delectationem m in potu, sed propter sanitatem ex iudicio & scripto Medicorum in aliquo morbo sumeret vi-*

num, aut alium inebriantem liquorem largiter, et v.q. ad priuationem vsus rationis, minimè is exerc ebrietatem propriè, & formaliter, de qua nunc lo mur, sed tantummodò material.ter, vt docet opt Caietanus hic art. 2. & in summa, verb. Ebrieta sentent. D. Thomæ in art. 2. ad 3. & inferiùs.

Quoniam in eiusmodi casu morbi, etsi potus largior vini, aut liquoris priuantis vsu rationis, a late quidem & secundùm se sit nimius & immod tus, tamen non esset immoderatus respectu talis ho nis, affecti scilicet tali morbo, in quo Medici ind rent largiori illo potu esse opus, vt optimè docet D.T mas hic à 2. ad 3. & Caiet. ibi, &c.

Caput secundum.

1. *Difficile ebrietatem euitare.* 2. *Su Lauri ebrietatem fugat.* 3. *I braßica* 4. *Cur braßica crapulam se* 5. *Item hederæ ramuli.* 6. *Vitis t hederæ inimicitias gerit.* 7. *Cur venali vino pensa superponatur.* 8. *Rosaceæ, Laureæ, & Hed ceæ coronæ vim habent vini vapores reprimendi.* 9 *Rosa.* 10. *De Lauro.* 11. *De Hedera.* 12. *hedera Baccho dicata.* 13. *Hedera Potis nec*

14. *Opium facit ad ebrietatem.* 15. *Cur eius-*
coronas antiqui instituerint. 16. *Puluis lapi-*
micis ebrietatem prohibet. 17. *Item cremor*
thij. 18. *Item portulaca.* 19. *Item crocum.*
alia sequentibus numeris. 20. *Tribus modis*
vehementia infringitur. 21. *Potor antequam*
e incipiat, quid faciendum. 22. *Remedium ad*
tatem ridiculum & superstitiosum. 23. *Qui*
nero inuitare prolixiùs voluerit, quid efficere de-
24. *Lactuca ebrietatem retundit.* 25. *Vt*
s iterum ieiunus fiat. 26. *Primum remedium*
ile ad ebrietatem euitandam. 27. *Secundum.*
Tertium. 29. *Quartum.* 30. *Quintum.*
extum. 32. *Septimum.* 33. *Octauum.*
Nonum. 35. *Decimum.* 36. *Vndecimum.*
Duodecimum. 38. *Decimum tertium.* 39. *De-*
um quartum. 40. *Primum remedium politi-*
. 41. *Secundum.* 42. *Tertium.* 43. *Quar-*
. 44. *Quintum.*

CVm impossibile aut saltem difficile sit, in compotationibus posse ebrieta- euitari, operæ pretium me facturum exi- o, si multa naturalia, moralia, ac politica re- lia, quæ vinolentiam arcent & fugant, breui- enarrauero.

.Succus lauri vino permistus, aut antè cum haro absorptus, ebrietatem fugat; & Vitis um odio prosequitur; vt enim refert Ant. aldus rer. memor. cent. 1. aphor. 57. *Vitis lau-*

rum

rum non amat, quia eius odore deterior redditur enim olfacere & alluere dicunt. Quamobrem germen vitis ad laurum acceßerit, retrograditur micum fugiens odorem.

3. Brassica, si cruda ante cœnam cum a comedatur, ebrietatem prohibet. Catonis e uentum de re rustica. *Braßicam si voles in con multum bibere, cœnareq; libenter, ante cœna crudam, quantum voles ex aceto, & vbi potauer cœnaueris, comede quinque alia folia, reddent te nihil ederis, biberisue.* Porrò de qua Brassica sit intelligendus, explicat Leuinus Lemnii occult. natur. mirac. lib. 2. cap. 17. *Huius cùm res sint differentiæ, illa ad discutiendam crapula commodatior, quæ plus cæteris rubescit, si ex caul dentibus expreßus succus deglutiatur, aut eadem inter primæ mensæ edulia manducetur.*

4. Cur verò brassica sedet crapulam, na lem caussam Arnaldus Villanouanus in S Salernitana cap. 57. his verbis affert: *Quid e Braßica sedet crapulam? Nonnulli respondent euenire solitum, quòd ex esu eius fumi eleuentur a dum craßi, qui cùm vini vapores incrassent, ad ce ascendere etiam prohibent. Aristoteles tamen alia signat caussam, nempe quòd quidquid humores v vndiq;, & omni ex corporis parte ad se in aluum hit, & corpus refrigerat, tollat crapulam. Braßic tem est eiusmodi: Ergo Braßica curat crapulam. nor probatur; quia per succum eius humores, qui*

iq; tenentur, è toto corpore detrahuntur. Ipsa verò
antia frigida, styptica, ac terrea suprà in ventri-
remanens corpus refrigerat, quo fit vt tenues hu-
es ad vesicam labantur Cùm igitur humor vtrin-
educatur, corpusq; refrigeretur, rectè per consequens
apula liberatur: Euenit ad hæc, vt cùm humores
sum ad se trahunt, atq; excernunt, flatum etiam
m deducunt, qui si per vinum liceat, in caput se ef-
ns, grauitatem creat, & crapulam: sin autem
sim se vertit, corpusq; ob caussam prædictam re-
eratum est, dolor crapulæ omnis tollitur. Quin &
Braßicæ folia, quemadmodum lib. 2. de compos.
lic. cap. 5 Galenus attestatur. calida, macerataq;,
itiq; circumposita ac obligata, naturaliter, ebrie-
resistunt. Prætereà si quis vinum dum ea coqui-
instillauerit, ne postmodum coquatur, efficiet, &
is colorem vitiabit.

5. Idem faciunt hederæ ramuli. Nam *hederæ*
ac natura est, caput ab heluco, hoc est, pridiani vi-
scitantia, & semisomno defensare, vt nimium dis-
soria atque exsiccante, quæ etiam à crapula tutos
dere creditur, capiti admota, vel præsumptis eius
nis aliquot, vt scribit VVeckerus in antidot.

6. Nam acres cum hedera vitis inimicitias ge-
, & huius inimicitiæ caussam moralem pul-
errimè Simon Maiolus in coll. xxi. adducit:
nc vitis hederæq; hostilitatem efficit æmulatio
ædam morum; vtraq; enim hæret proximis rebus,
que aliter suis viribus subsistere potest. Verùm vt be-

neficij

ficij accepti ingratissima. fulcimentum suum cõmi
ac destruit: parietem enim exedit, & ad casum
pellit, aut trahit arbores, quibus amplexu sustinet
suffocat, vt etiam exareant: Vitis vero & muros q
bus hæret non lædit, sicut nec arbores, & suo succo vi
tes corroborat, & lætificat. Vnde sicut ingrato hon
terra petus nihil creat; vino autem nihil fit vtil
gratius ac beneficentius, æquum est vt hederæ nulla
tione misceri, nec quidem vasis ex ea confectis posi

7. *Propterea vinali vino suspensa superponitur*
dera, sicut venalibus mancipijs rebusq; alijs superpo
tur: quoniam eadem domo pudeat vinum incolat
facere, vbi vel hederæ vestigia sint, idcoq; etiam se
nalem facit, potiùs quàm ibi commorari, vbi reg
ingratitudo.

8. Rosaceæ, Laureæ, Hederaceæ & eiusmodi
coronę vim habẽt vini vapores reprimẽdi, idci
illis se potores antiqui coronabãt: & vix solen
aut splendidũ instituebatur cõuiuium, quin fo
fronde, flore aut planta decoraretur, aut Bacc
consecraretur. Plautus in Amphitrione: *Cap*
mihi coronam in caput, assimilabo me esse ebri
& in Pseudolo: *Quid te ego video?* Pseud. C
corona ebrium Pseudolum tuum.

Ouidius:

Ebrius incinctus Philyra conuiua capillos
Saltat & imprudens pertitur arte meri.

E. Virgilius Eclog. 6.

Si

Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

9. Ideo de Rosa Anacreon od. 4.

Sedimplicare curo meos rosis capillos,
Rosam amoribus dicatam
Sociemus ad Lyæum.
Foliis Rosam decoram
Capiti reuincientes,
Calices iocemur inter.

Propert. lib. 3. Eleg. 4.

Me iuuat & multo mentem vincire Lyæo,
Et caput in verna semper habere Rosa.

Martialis lib. 5. 65.

Sextantes Callyste duos infunde Falerni,
Tu super æstiuas Alcine funde niues.
Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,
Lassenturq; Rosis tempora subtilibus.

10. Laureæ, quia antiqui, referente Athenęo, symposijs suis laurea serta vertici aptabant; & hanc rem Martialis a u o Epigram.

Fœtere multo Mirta e olet vino,
Sed fallat, vt nos folia deuorat Lauri,
Merumq; cauta fraude non aqua miscet,
Hanc tu rubentem prominentibus venis
Venire quoties ante videris contra
Dicas licebit Mirtale bibit laurum.

11. Hederaceę, quia hedera Bacho Poëtarum æsidi sit consecrata, ob id Poëtæ hac coronari solent. Virgil. Eclog. 7.

Pasto-

Paſtores hederà creſcentem ornate Poëtam.

Quòd autem hæc arbor, quæ perpetuò frondet, vnquam foliis deſtituta eſt, Baccho ſacra ſit, hinc tum puto, quòd ebrietati obſiſtat, ac diſcutiendis capitis doloribus ex temulentia contractis ſit accommoda, liis etiam aut ramuſculis foris capiti admotis. Leui Lemnius in herb. bibl. explic. c. 33. ſed quòd hedera ebrietati obſiſtat, non eſt extra controuerſiam. Nam vt refert Bened. Curtius hort. lib. cap. x.

12. *Quare autem hedera Libero Patri dicata? alii ad hederæ naturam referunt, cæteri verò ad hiſtoriam. Nam Ouidius in Faſtis Nyſiades Nymphas Bacchum puerum (quærente nouerca) in cunis hedera cooperuiſſe ſcribit. Phornutus autem ad hederæ naturam retulit: Frequentioribus enim articulis nodosa quibus ſignificet ebrios vacillare, & titubare, & potatu faciles: vel quod ebriorum vox quaſi articulata ſit ac titubans, nec vno contextu intelligibilis. Quare Thyrſus, cuius mucro lambente hedera protegebatur Baccho dicatus, quo (inquiente Macrobio) denotabatur impetus furoris, patientiæ vinculo obligandos eſſe. Nam hedera vinciendi ac obligandi naturam habet. etenim ebriorum pedes parum ſuum officiũ efficiunt. Feſto etiam hac ratione dicata, quòd ille ſemper iuuenis, ita quoque hæc ſemper virens: vel quòd ſicut illa hominum mentes illiget, ita & ille.*

Alii contrariæ opinionis ſunt, non quòd ebrietate repræſentet, aut quòd vino aduerſetur, vt Plutarch

; verùm quòd ille anni tempestates imitatus sit;
m vitiligineam coronam desideraret, & ex anni
itis frondibus vidua esset, hedera faciem cœpit
re; qua demum vitis vice vsus. Similitudine et-
rum, qui cùm vini amantes sint, eo carentes,
ceo potu vtuntur. Ea etiam (vt inquit Plutar-
Bacchi caput cingitur, quòd ea non admodum
issimilis sit, & quòd hæ duæ baccæ vinearum bo-
pondeant, &c. lege eundem.

Quamobrem non est mirum si fuerit he-
Poëtis familiaris, cùm sit Baccho sacra.

ndide Liber ades sic sit tibi mystica vitis,
Sic hedera semper tempora vincta feras.
lib. 1. Trist. Eleg. 6.
Deme meis hederas Bacchica serta comis.
. Fast.
ta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.
. Fast.
r hedera cincta est? hedera est gratissima Baccho.
Hoc quoq; cur ita sit, dicere nulla mora est.
siadas Nymphas, puerum quærente nouerca,
Hanc frondem cunis opposuisse ferunt.
l. Eclog. 7.
stores hedera crescentem ornate Poëtam
cades inuidia rumpantur vt ilia Codro.
. Aliqui Populi, vt Alexander ab Alexandro
, apium, nuces, & lupinos ad euitandam
tatem comedebant: Apij mentionem fa-
cit

cit Horatius Carm.lib.4.Od.xi.

---- *Est in horto*
Phylli nectendis apium coronis:
Est ederæ vis
Multa; qua crineis religata fulges.

15. Cur verò eiusmodi coronas & alias quoc quas passim auctores recēsēt, antiqui instituer Rhodiginus lect.antiq.l 27.c.26.his verbis ra nem reddit: *Succurrit profectò parte hac veter ingeniorum mirari diligentiam; neque enim simp ter, sed summa videntur ratione coronas in conu instituisse: siquidem Dionysium legimus quum vin reperisset, potentissimum vtique medicamentum si & iucundissimum, habitum inde fuisse non inceleb medicum. Quod ita discumbentes, qui se fortè inu rent plusculum, hederæ ornasset corona, quæ insita giditate vini potentiam retunderet, minusq; inde a cerentur bibentes, ebrietatis vinolentia restricta he vi frigorifica. Cæterùm eadem ratione in conuiua admissa creduntur lætitiam ex floribus corollæ. F docent experimenta, qua vi sensus concutiantur, hausti liberiùs meri vapor hominis arcem cœperit f sare, quando initium inde habere sensus creditur: rum non est, quantum in eo statu afficiamur; propt sapientum curiosa solertia, sciens esse in rerum nat antipathiam, quando nihil placuit esse sine pari, fl capiti circumponendos præcepit; quorum defluxus i rabiliter illud aduersus grassantis latenter ebriet impetum obsepiret, communiretq; : calidi siquid*

seu meatus patentiores reddunt · frigidi verò sua
tate ita contemperant vt scandentes repercutiant
res, sicut Rosa atq; Viola: Substringit enim vtra-
reprimitq; capitis grauitates: at Cypri, id est,
sti flos, ac crocus ac baccaris in suauem vertunt
em bibentes: lenis quippe eorum defluxus est ac
dus, inaqualitatesq; corporis ebriorum & asperi-
tranquillè diffundit: vnde fit, vt crapulosa hebe-
ur perficiantur q;. Porrò & florum quo undam
bus in ambitu cerebri fusis, sensorij repurgantur
ctus, & quod hunectum est, attenuatur leniter sine
notione vlla, caloris facultate digestum: quia &
dum natura suapte cerebrum refouetur: proinde
as corollas è collo propendentes, hypothymidas nun-
ri inueni puto à vaporandi vsu. Eodem quoq; ar-
mento vnguentis ex floribus obungere pectus, moris
eruetusti, &c.

6. Pulvis lapidis pumicis iure vel aqua sumptus,
tatem sedat & prohibet: folia quoque Lauri idem
unt post potum. Mercurialis.

7. Cremor macerati absynt hij. Betonica ante ci-
sumpta arcet ebrietatem. Inungere corpus rosa-
& sale, ab ebrietate seruat. Fumanellus.

8. Portulaca, panis bis coctus, carnes pingues, halec
ium. Gratarol. de vin. natur. cap. 5.

9. Qui crocum ante pocularem congressum bibe-
, non sentient ebrietatem; sed periculum est, ne ni-
hilaritate resoluantur spiritus vitales, nisi modus
. Idem.

Si quis succi betonicæ vel eius pulueris vncias du cum frigida præsumat, eo die erit vix ebrius. Idem.

Sales Manethonis Regi Ptolomæo oblati, bona concoctionem faciunt, corpus corroborant, amabili colorem conciliant, caput singulariter confirmant, aduersus temulentiam potenter muniunt. in hunc n dum conficiuntur:

Cape seminis Pastinacæ, ameos ana vnciam vna Hyssopi, Thymi an. drach. quatuor, pulegij, cymini s phij, costi an drach. duas, salis tosti vncias tres, qui pro temulentia non fuerit inutile, addidisse semi braßicæ, napi drach. tres. Idem.

Pumicis farina, si potor in bibendi certamine p sumat eam. Idem.

Ametystum contra ebrietatem maximè valere censendum, quandoquidem Rhea apud Nonnium D nys. 12. eam Baccho dat contra ebrietatem.

Soli vinum bibenti Baccho dedit Rhea,
Insanæ amethystum propulsatricem necessita

Idem Opsopæus affirmat: Perpetuæ en custos hæc sobrietatis habetur, &c.

Semen Coriandri præparati, semen caulis, se acetosæ, portulacæ & nenupharis infusa, & in m bullita disponunt vinum ad non faciendum ebrie tem. Bartholom. Montagn. select. oper. cons.

Dicitur etiam de lapide Gagate, de lapide Cala nari, & de Margaritis recentibus, id est, virgineis, maculatis, quòd omnia hæc, aut ipsorum plura, in

vino, non permittunt ipsum ebrietatem inducere.
m ibidem.

Qui caprinum pulmonem ante prandium seu cœ-
n comederit, ebrietatem arcebit, etiamsi bibendi
amine prouocetur. Africanus.

Hirundinis rostri cinis, vel hirundinum adustarum
s in vino potatus cum myrrha securitatem præstat.
xius in secret.

Oleum absorptum ebrietatem arcet, vt inquit
Aoteles, quia vrinam prouocando, vino hausto
o facit, & impedit quo minus tetri vapores
ebrum petant: & vt ait Georgius Picto-
sermon. conuiu. lib. 1. *Antequam bibere vinum*
it potator, vncias duas bibat olei oliuarum, quod
es retundat sua vnctuositate vapores, qui caput læ-
at, ebrietatem caussando.

cini ederacei succum croci habentes cùm præsu-
ttur, tutos seruant. Iason Pratensis de cerebri
bis. Qui crocum etiam ante congressum bi-
nt, non sentiunt ebrietatem. Idem.

llium ebrietatem arcet; & est Galeni opinio.
ac si ieiunus bibat, ea die tutus erit. Platerus
eos med. Tom. 1. c. 3. Item puls ex lacte &
a hordei cum aceto. Item lac acetosum cum
dilutum, bibitum, vel per se bona quantitate
otum, ebrietatis est antidotus, quo insignis
iam potator iam lógo tempore in dies ebrius,
e inde labem contrahat, præmunire solet.

em odor camphoræ & santalorum. Item

oxyrrhodina capiti applicata. Idem ibidem. Iter
rapæ conditura acida comedendo nihil grauiu
à largiori potu pariuntur, aliquoſque inſignes po
tatores frequenter ſe inebriantes, hacque art
ſibi proſpiciendo ad multos annos perſeuerat
poſſe iam diu notaui. Idem obſ. lib. 1.

Item qui in conuiuijs ab initio ad horam vnam
vel etiam duas, à potu ſe abſtinuerit, non inebria
bitur; vt enim idem ibidem de ſeipſo ſcribit:

Interrogatus ſæpenumerò, cùm tot annos a
ægris pluribus frequenter accerſitus, Principibu
Nobilibus, & alijs Magnatibus, apud quos ſpler
didè viuitur, mihi cauere potuerim, quò minu
ab illis ad potandum inuitatus, vbi moris eſt, inc
noxiam nullam contraxerim, & ad hanc grãder
& vegetam ætatem ſaluus peruenire potuerin
Reſpondi id, quod & verum erat, me in conuiui
que in multas horas protrahuntur, ab initio a
horam vnam, vel etiam duas à potu abſtiner
poſſe; idque eò faciliùs, quòd ſitis me non v
geat, donec ad ſatietatem fere comederim, tunc
que priùs ventriculo cibis referto, etſi quandc
que liberaliùs bibens, nullam offenſam inde m
hactenus ſenſiſſe. Quod cùm & alij quidam, m
ſuadente, feciſſent, ſe quoque contra ebrietate
egregiè fuiſſe præmunitos, mihi ſunt faſſi.

Idem auctor puluerem ebrietatem tardante
ſic deſcribit, cuius cochleare vnum cum vino a
ſtero exhibebitur:

℞. Seminum caulium drach. 1. coriandri
ch. 5. camphoræ gr. x. fit puluis.
tem Syrupum cuius vnc. 1. ſumi debet, ante-
m vinum bibatur. ℞. Succi caulium alborum,
inatorum acidorum, ribes an. vnc. ij. aceti
.i. bulliant ſimul ad vſum.

Vinum multa aqua dilutum non inebriat, quia
a eius vires calorem que contundit, illudque
tius in corpore immorari facit, vaporeſque in
m eleuari non ſinit. Si in conuiuijs limones
dos, aut cum dapibus & obſonijs coctos, fri-
arum herbarum acetarium, poma, pyra, &
nia frigidę temperaturæ, quæ in menſis ap-
nuntur, conuiua comederit, difficillimè ine-
abitur: neque vereatur, vt vinum caput grauet,
ſi monibus ab initio vſque ad conuiuij finem
tur: ij enim omnem ebrietatem euapora-
nt. Vinum ille odio habebit, ſi hirundinum
ſcus in puluerem redactum comederit aut bi-
rit, vt inquit Plinius Taruinius de ſanit. tuend.
am quoq; comeſtã vini odium generare, idem
is aquam ſeu lachrymam vino affuſam præſta-
affirmat. Idem dicit Merula his verbis: *Vini
iditatem penitus ſedabit humore, qui principio ve-
rumpit de vitibus, ebibito. Pani ex lolio confecto
ſiccato & in puluerem redacto eandem vim tri-
t.*

*Si oua noctuæ mediocriter elixata infanti come-
da præbeantur, vinum oderit.* Iarcas.

Idem præſtat vinum, in quo Mullus, veltres quatuor anguillæ fuerint ſubmerſæ, vt Pe egregius auctor in Mag. natur. comprobat.

Sal ieiuno corpore ſumptum ebrietati reſi vino verò affuſum ſitim adauget, potatorem citiùs inebriat. Gaudentius Merula.

Cappares, lentes, pecudum pulmones a ebrietatem arcent. Iacobus Neidus lib. 1. corp. morb.

Amygdalæ amaræ, teſte Plutarcho, ebri tem fugant. Etenim inter Diuſi familiares quidam medicus, qui in bibendi certamine c nes ſuperabat; is tandem deprehenſus, antequ biberet, quina, ſenáue amygdala amara come bat. eas autem deuorare vetitus, perbreui tem ris ſpatio bibitionibus reſiſtebat; omnia e quæ aperiendi, exſiccandi, infrigidandi, adſtr gendiq́ue vim habent, ebrietatem ſedant.

Syrupi ad ebrietatẽ declinandã conficiun Recipiantur ſucci alborũ caulium pars vna, ſ granatorum acrium pars vna, aceti pars me ferueant ebullitionibus aliquot, & ſumatur cia vna antequam bibatur. Auicenna fen. 1. Alexius in ſecret.

Multus lactis dulcis hauſtus in antecænijs, in anteprandijs vini calorem temperat, eiuſ vehementiam acriter infringit. Amandus S. Sophia lib. 1. de veris ſecretis.

20. Tribus modis, vt Nicolaus Monardu

tra-

ctatu de niue scribit, vini vehementia infringi-
: si diu antequam bibatur, diluatur, si panis
gmentum inijciatur, quod vini fumos & sub-
atem ad se trahat; denique si aliquod tem-
is spatium in aqua frigidissima & niue refri-
etur: quia quò impensiùs refrigeratur, eò ma-
fumi eius, & vapores infringuntur, eamque ob
ssam minus caput offendit, & minus ad iun-
ras penetrat. id ex ipso vino deprehenditur,
od refrigeratum multum suauium virium de-
dit, atque impensè refrigeratum, aqua ap-
et.

21. Antequam vinum bibere incipiat pota-
, vncias duas bibat olei violarum, quod omnes
undat sua vnctuositate vapores, qui caput læ-
rent ebrietatem caussando. Georg. Pict. serm.
nu. lib. 1.

22. Aliqui potatorem ab ebrietate semper
munem futurum, si ex vuæ moschatę ramis se
coronauerit, aut si ante primum potum hoc
omeri carmen protulerit:

Iuppiter his alta sonuit clementer ab Ida.

perstitiosissimè asseruerunt.

3. Quisquis sese mero prolixiùs inuitare volue-
, ab aliorũ ciborũ satietate abstineat, atq; inter
tandum brassicam coctam bellariaque sumat,
aximè ex amygdalis confecta. Hæc quippe ca-
tis laborem mitigant, neque vlla vomentes mo-
stia afficiunt. Pręsidium quoque minimè ficul-

neum absynthij macerati dilutũ adfert ante tationem haustum: omnium enim maximè crapulam arcet ex Paulo Ægineta de alimen

Si quis vinum austerum pòst bibat, quàm ce, non inebriatur, quia vinum dulce poros strui, per quos vini vapores austeri ad prin sensorium ascendere poterant, & non pern fumos calidos austeri vini ascendere, & sic eb tatem prohibet.

24. Post finem cœnæ lactucam comedat, sua frigiditate vini potentiam retundit. Hinc veteres post finem cœnæ lactucis vteb tur. Martialis:

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoet illa dapes?

25. Vt ebrius iterum ieiunus fiat, is superb acetum, & comedat olera, & brassicam & centas ex melle.

26. SED MORALIA Remedia que non desunt. Primum, *optima ac stantißima ebrietatis antipharmaca sunt timor sobrietatis studium, ebrietatis atque intempe tiæ odium. Cogitare deinde quàm turpe, q fœdum, quàm perniciosum, quàm Deo hominib pijs inuisum sit ebrietatis vitium quàm sit à na humana, à Christiani hominis officio, à persona, quam Deus tibi imposuit, alienum. Q ta illud mala animi, corporis atq; fortunæ si*

at. Proponas etiam tibi ante mentis tuæ oculos inum nostrum Iesum Christum, qui salutis nostræ tissimus, cruci affixus, acerbissimam sitim pers est, & illius membra, hoc est, plurimos homines es, pauperes, ægrotos, qui grauissima fame sitiq; uentur; ad quam restinguendam vix minima sæpè guttula illis suppetit. Hæc si homines Christiani enter, vt par erat, animis suis secum reputarent, l profectò illis opus esset illis vel laboriosis exercitaibus, vel amaris antipharmacis ad ebrietatem arlam; ab ebrietate enim sua sponte toto pectore abherent, nec ad illam se vllo pacto cogi impelliq; pentur. Scuchkius lib. 3. c. xi. antiqu. conuiu.

27. Secundum, dum bibunt potores, & vitrum seu crystallum præ manibus habent, & diu tando tenent, ex ipsa vitri natura ebriosorum res contemplentur; vt enim idem lib. 3. c. 12. belle dicit, *est vitrum ebriosorum hominum morus atque ingenio accommodatum. Nam primò, madmodum vinum resq; aliæ per vitrum resplendt; sic etiam ex vino intemperanter hausto, ebriosorum mores, ingenia, atq; affectus elucent atque apent.*

Deinde quemadmodum vitrum, licet valde endeat, tamen est fragile (vnde ille, Vitrea est tuna, dum splendet, frangitur) sic quoq; ebriorum hominum vita, omnia que animi, vel corporis, rtunarumque bona, quantumuis splendida, de fragilia sunt, atque caduca.

Deni-

Denique quemadmodum vitrum virus continere creditur, & fractum valde est virtum; sic quoque vinum immoderatè sump virus est atque venenum nocentissimum.

28. Tertiũ est, quod Gratarolus ex moral losophia adfert: *Scribunt pleriq; boni & rece mi authores, Pythagoram consultum, quînam v ebrietatem deseret? respondisse, si quæ per temule facit, frequens animo voluat; Plato temulentia tis suadebat, vt poti ad speculum sese contemplare ita fore, vt ab eo vitio recederent, conspecta fœd Anacharsis Scytha olim rogatus, qua ratione q fugeret, ne fieret vinolentus; Si semper, inquit, pra lis habeat ebriorum indecoros mores: nihil eni milius insano, quàm ebrius. At ebrius existimat cere omnia. In alijs igitur spectanda quàm fœd sit temulentia. Idcirco etiam Lacones pueris ost bant seruos, qui vino essent temulenti, quo magis minarentur ebrietatem, videntes quàm deform ctaculum sit homo immodico madens vino; qua dementi similis; imò, (vt refert Plutarchus in La cogebant Helotes quamplurimùm bibere, deind tationes ineptas saltare, & carmina quædam ri la canere, ita quòd alij prolixo sermone vix pe dent sobrietatem esse rem honestissimam, ebriet nihil esse homine indignius, illi compendio poneba oculos; sed in mancipiis, ad quorum mores dege re ingenuis turpissimum est.*

29. Q

). Quartum, Scythas potores imitentur. Na vt Auctor est Plutarchus, Scythas, quoties lusatis vino indulsissent, instrumenta certa Mu ci generis pulsare consueuisse, vt discussis ob tatibus animum ad pristinam continentiam ac oderationem reuocarent.

). Quintum, optima & certissima arcendæ eb tatis ratio est, parcè, & nonnisi quantum necessitas exigit, bibere. Deinde à fortibus potibus ab nere, maximè quibus caput debile est. Tertiò non varios potus eiusdem naturę simul ingerere: varietas enim inæquales & turbulentos na us gignit. Possunt tamen vinis fortibus aquę mi eri, aut leuiores ceruisiæ superbibi, quæ vini ve mentiam frangant.

nter pocula parum comedendum. Nam cibus po m in ventriculo diutiùs iusto remoratur, vnde lus vaporum in caput fertur.

Nec cibi halituosi inter bibendum assumendi; ta s enim per se caput implent atque offendũt.

1. Sextum, si hæc non prosunt, & sit compota coactus, vinum cum aliqua re misceat, quæ ei calorem referat, & ebrietatem prohibeat, vt es yrupus de succo citri, vel acetositatis citri, qui su erbibitus vino potenti & vaporoso, vt Franci us Hildesheim de cerebri & capitis morbis in rnis lib. 1. scribit, ebrietatem prohibet, vapores minuendo extincto calore, qui eam e cit, & sua frigiditate reprimendo vapores ad

caput

caput aſcenſuros. Hoc remedio vſus eſt inter
cula Marchio Ioannes; miſcebat enim ac d
bat aquam ſyrupo acetoſitatis citri, vt hoc p
comporores fallere; qui cùm viderent hanc
turam referre colorem vini, putabant illum
facere in vino.

32. Septimum, vni tantùm, aut ſaltem p
propinet; etenim ſi ad plures qui bibat, m
contra ſe prouocabit: vt enim Opſopæus:

Si bibis ad plures, replent tua pocula nullum;
Sed te replebunt pocula multa citò.

33. Octauum, parcas ſodalibus & conuiḉ
bus, ſi tu vis, vt alij cyathos tibi propinatos c
mulent.

34. Nonũ, nullũ bibẽdo laceſſas; ſi verò coa
ſis aliquẽ prouocare, feſſos ſolũmodò ad Bac
cum certamẽ prouocato; qui cùm nõ poſſin
laſſitudinem ac ſatietatem tibi reſpondere, al
nullam moleſtiam perceperis, & tu hac rat
legibus moribuſque barbaris abundè ſatisfec

35. Decimum, ſenſim bibas, neque cya
plenos exhaurire properes; nam

Qui ſubitos auido calices ingurgitat ore,
Ridiculus primùm hic omnibus eſſe cupit.

36. Vndecimum, Vinum ſtomacho vacu
bibas; etenim

Nec malè pranſus ad ieiuna pocula lingua,
Nec vinum vacuo ventre crepante bibe.
Quod niſi vitaris, citiùs repleberis illo, &c.

tiam

coneres ventrem grata dapis ante saburra,
Et fundamentum potibus antè iace.
dulge dapibus, licet vrgeat vnus & alter,
Dic; nondum plenè sum satur ipse cibo.

.Duodecimum, mores bibendi fuso sermo-
ndato, sed ijs haustibus te imparem esse ob
æ, temperamenti ac consuetudinis dissimi-
inem, constantissimè asserito, & oportere, vt
te ad bibendum assuefacias, & vbi assue-
is eris, te velle omnes ad Bacchicum certa-
prouocare dicito.

.Decimum tertium, nisi hæc omnia satis
te natura ad vomitũ procliuẽ esse affirmato,
ulò pòst euomere fingito; nullum enim ad
ndam ebrietatem, importunasque prębibi-
es fugiendas, inter compotores, sagacius aut
entius remedium, dummodo cautè illud ex-
ris, excogitari potest; aut stomachi debilita-
laborare, aut arctè & grauiter te dormire
lormitare dissimulato; nam inter vina som-
obrepere consueuit. &

.Cõpotor memoria semper teneat, quod de
festiuiter Plautus ait: *Vinum luctator est do-*
pedes captat primùm. Quod & apud Italos, vt
rt Grataroius de vini natura cap.29. in ser-
nem vsitatum cessit, dum aiunt; Vinum dum
tur, minari quidem calcaneis, sed caput
re re.

40. Ve-

40. VERVNTAMEN si Naturalia & Mo
non sufficiant, POLITICIS vti d
is, qui in conuiuio ad bibendum esset coacti

*Principio nemo se inter initia plus satis fa
præbeat, promptumq; in hauriendis exsiccandisq; p
lis, sed tergiuersetur, ac ciuiliter recuset, morbi
prætexat ac valetudinem causßetur: nonnũquam e
gitandi sunt æstus ac stratagemata, quo illos delu
qui te sibi scopum præferunt, quem feriant, tibiq;
satis infesti sunt. Captanda interim occasio, qua a
vt micturientem tacitè subducas, aut pateram ab
cures, in eaq; re te callidum esse decet, ac caut
magnaq; dexteritate id perficere. Nam si deprehe
technam contingat, multo cumulatius ac cum fœ
in te hoc munus refundetur. Cæterùm quique pro in
natura calliditate atque astutia varias comminisci
test rationes ac modos, quibus poterit eluctari, ac c
bibones fallere.* Leuinus Lemnius de occult. r
mir. cap. 17. Hanc artem ab Opsopeo didicit,
libros tres de arte bibendi conscripsit.

41. Secundũ, quod Matenesius scribit de i
bibendi ad sanit. lib. 2. c. 6. obseruet. *Insuper i
generosi præstantiam, & imparilitatem corpusculi
prætende dispendium temporis, item seriarum trac
tionum molem ac benuolentiæ mutuæ sufficiens te
monium, quod tu benuoli animi debes non imma
sanitatis poculi mensura definire. Glareani quoc
exemplum à saturo cane in re nata deductum proa
cito, ne te brutis animantibus reddat bruttiorem.* It
ill

olescentis, qui ad epotandum coactus ait Prin-
ruo superiùs: Veniam Clementißime Princeps
bestia parum absum; vúltne Clementia tua
ne bestiam fieri?
ique illud Callisthenis sapientis responsum co-
efunde, qui propterea illum Herculaneum fata-
yphum ab Alexandro Magno præbibitum no-
ere, ne Aesculapio sibi opus esset; tu quoque
le: & quia nosti immoderatos sanitatum hau-
rborum fontem esse, ita eos ad rationis corpo-
i moderare regulam, ne medicorum viscosas in-
ſq; pilulas, aut destillatos syrupos ad κακοσο-
v dissipandam postridie adhibere cogaris.
Tertium, præterea abstinendum ab eiusmodē
iculis est, vbi ea occasiones ad ebrietatem solli-
i regnant. Hinc rectè monet Sapiens: Noli esse
iuijs potatorum, nec in comessationibus eorum.
acillimè homo eorum exemplis à sobrietate ab-
r. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit:
stultorum similis efficietur. Vnius coloris aues
r vnà volitant, ac proinde discolores deuitant.
ecte Theognis:
urpe est virum ebrium apud sobrios esse,
urpe item si sobrius apud ebrios est.
t appositè Satyricus ait:
---- Dedit hanc contagio legem
it dabit in plures sicut grex totus in agris,
Vnius scabie cadit & porrigine porci,
Vnaq; contacta iniorem ducit ab vna.

Aspice

Aspice quid faciant commercia.

vt in malum, sic è contrario bonum. Nam null
(teste Seneca ad Luci. epist. 8.) *magis anim*
duit honestos, & in prauum inclinabiles reuoc
rectum, quàm bonorum virorum conuersatio p
tim enim descendit in pectora, & vim præcept
obtinet, frequenter aspici, frequenter audiri. Ide
rit. bib. lib. 2. c. 5.

43. Quartum, Pincerna corrumpendus
Opsopæus docet:

Corrumpendus erit paruo priùs ære minister,
Aut clàm promißis alliciendus erit.
Misceat vt reliquis fortißima vina, tibi vni
Sobria supposita pocula miscet aqua.
Lene merum modici tibi præbeat ille rigoris,
Sorbeat annosum cætera turba merum.
Vina vetustatem portantia linque feroci,
Si præsto est mustum sedulò carpe nouum.
Vinum dulce datur, tu crebrius vtere dulci,
Ebria dulce minus pectora crede facit.
Si tamen & reliquos delectant musta bibones,
Ingere clàm calici vina vetusta nouo.
Si deprensus erit, facilè excusabitur error,
Pincernæ, peccat talia multa manus.
Sæpè foras exi mictum, lucrabere tempus,
Quo deturbantur debita vina loco.
Aut oblita tuus quæ tandem negligit hostis
Non respondendo, &c.

Si verò multi in te cōspirent, vt sæpè euenit
ta

en inire recuſes, & dicas te velle in orbem
ire, vt idem demonſtrat:

ontinuum Graio ſed more bibamus in orbem,
Si placet, haud alia conditione biham.
ac ratione bibens iuncto cum fœdere iunctis,
Defendes nulla cum grauitate locum.
ic omnes vnoq; pariq; labore grauantur,
Sic par ferre meri cogitur omnis onus.

4. Quintum, *quòd ſi nec ſic acquieſcere velit, ſiue*
perior, ſiue par, ſiue inferior ordine vel dignitate, in
, quod laudatus à Plutarcho Creon cuidam, intru-
atius eſt me tuas nunc inimicitias ſubire, quàm
poſtea gemere. Quòd ſi finem non faciat tunc,
c conſilio ſuperiùs ex D Ambroſio allato, vinum
tram audacter effundito: ſanitas enim ſobriaq;
tua longè præſtantior vino eſt, & eiuſmodi in ani-
dentium multorum bibonum tanquam tyranno-
anitatis poculis precioſior. Principum te amiſſu-
ratiam metuis, niſi cogentem aulicum ſequaris,
t grandi poculo reſpondeas, aut ipſe cogas? Crede
, ſi Princeps hoc nomine dumtaxat tibi ſtudeat
culo, quòd ad illius ſanitatem bibas immoderatè,
t illa diuturna non erit, qui peſſimo innititur
mento & lapſabundo; vt tua forſitan ſit deterior
conditio, quàm Amani apud Aſſuerum. vitro
gior eſt, & dum ſplendet, frangitur. Si Principi
e vis, paraſitum non age & virtutis viam ingre-
videbiſq; diuturnam gratiam eius ac ſolidam
m. Non coge temetipſum, nec alios. Non recuſo

moderationem, hilaritatem conuiualem non detr
Principum exosculor Maiestatem & sanita
Cur amabo tu, tanquam carnifex aliquis in equ
sanitatis catastisq; extendere alium vis in nullo ti
nali damnatum, vt Principi placeas? Perinde est
modo perire amicum velis, siue laqueo, siue vino ni
modò pereat. Idem ibidem cap. 6. &

Plutarchus de reg. sanitatis, vt refert An
de Belingen, præclarè monet: *Dum in orben*
cuntur soteria, animi vires contorquendas esse, ar
dumq; pectus aduersus insanum illum pudorem,
caussa est, cur importunis compotorum instigatio
manus ignauissimè cedamus; ad remq; suam
Creontis Regis nobile responsum:

Displiceam potiùs modico pro tempore amicis,
Ne diu pœniteat complacuisse malis.

Melius enim est compotationis legem violare,
tempestiuas inuitationes deuitare, quàm vim
Et in soporem collocauerint plenum,
Non siphylis non pestilentia aut tabes,
Non lepra non quartana deniq̃ aut lethe,
Quamuis propinqua proderit valetudo,
Et sideratum flagitant, & amentem,
Et pridiana crapula laborantem,
Fastidi adhuc licebit, ipse sic plenus
Vomituriansq̃, nausea oscitans cruda,
Et indecori naribus fluant mucci;
Sitias necesse est, cantharoq̃ bellator
Spumante factus, strenuè attrahas vinum.
Patroclianis incubes licet sellis,
Ascendit illa potor vdus, atq̃ ille
Cyathum crepanti porget atque metienti;

Adde, & cacanti Remedium mali solum est,
Facias amicum, qui tibi gerat morem
Propinatorem, cui tuo imperes iure
Vicemq; iures te referre non posse.

50. Item ab ipsismet Poëtis irridentur & con-
emnantur.

Martialis de Acerra:

Hesterno fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur: in lucem semper Acerra bibit.

Idem lib. 6 28.

Potor nobilis, Aule, lumine vno
Luscus Phryx erat, alteroq; lippus.
Huic dicit Medicus; Bibas caueto
Vinum: si biberis, nihil videbis.
Ridens Phryx, oculo valebis inquit:
Misceri sibi protinus deunces,
Sed crebros iubet exitum requiris;
Vinum Phryx, oculus bibit venenum.

Idem lib. 6. 89. de Panaceto potore:

Cùm peteret seram media iam nocte matellam,
Arguto madidus pallice Panacetus:
Spoletina data est, sed quam siccauerat ipse:
Nec fuerat soli tanta lagena satis.
Ille fide summa testæ suæ vina remensus,
Reddit Oenophori pondera plena sui.
Miraris, quantum biberat, cœpisse lagenam?
Desine mirari Rufe, merum biberat,

Idem ad Fesceniam lib. 1. Epig. 78.

Ne grauis hesterno fragres Fescenia vino,

Pastillos Cosmi luxuriosa voras.
Ista linunt dentes lentacula: sed nihil obstat
Extremo ructu cum venit à barathro.
Quid quod olet grauius mistum diapasmatè viri
Atque duplex animæ longiùs exit odor?
Notas ergo nimis fraudes deprensaq; furta,
Iam tollas, & sis ebria simpliciter.

Idem ad Sextilianum potorem lib. I. 12.

Cùm data sint equiti bis quina numismata, quid
Bis decies solus Sextiliane bibis?
Iam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares Sextiliane merum.

De Pamphago Mureus:

Pamphagus in patulam tam multa ingesset aluum,
Quam poterant denis plus satis esse viris.
Ecce venit Caupo, preciumq; expostulat: ille
Ebria terribili lumina more rotans,
Euomit in patinam, vinumq; cibumq; receptos,
Atque ait, En merces sic tibi habeto tuas.

De Alexandro potore.

Lippus Alexander vitiato lumine lasos
Est oculos questus diffluere in lachrymas.
Vt vino abstineat, multi monuere. Quid? inquit:
Si vino caream, quis mihi potus erit?
Respondetur, Aqua. Bibere hanc se posse negauit:
Dictum est; Diluti pocula sume meri.
Vsus a qua nullus mihi erit, si calceus illa
Offendat plenus, quid faciet stomacho?

em in Falernum:

Astrologus liquida periturum morte Falernum,
Dixerat: Hic omnes prouidus horret aquas.
Sed nimio indulgens noctesq; diesq; Lyæo,
Occidit. An falsum dixeris Astrologum?

: Pontiliano Idem:

Cùm rapidus medio desauit in æquore Titan,
Fer puer huc cyathos, Pontilianus ait.
Cùm pluit, En, inquit, Deus admonet esse bibendũ,
Qui nunc tam multo proluit imbre solum.
Sic vacua à potu non vnquam tempora ducit,
Curq; bibat, sempet Pontilianus habet.

: Gallonio idem:

Stertit ad octauam Gallonius, inde cubili,
Paulatim assurgens languida membra leuat:
Obijcitur perdix, quam protinus ille calentem
Deuorat: hac nulli cesserit arte bibens.
Spumantis Bromij cyathos octóue, nouémque
Adijcit, & sacris sic operatus, ait:
Dij date mi constantem animum, mentemq; quietã.
Quàm multis vita est nostra referta malis!

iom. Mor. de febricitante & Medico bibace;

Febre laboraret mihi cùm puer Hemitritæo,
Fortè ibi Sauromata posco medentis opem.
Sensit vt admoto salientem pollice venam;
Fortis, ait, calor est; sed calor ille cadet.
Flagitat ergo scyphum, fundumq; exhaurit ad imum,
Quantum nec Bitias ebibiturus erat.

Hau-

Hausit, ad æquales ægrotum prouocat haustus;
Ne facere hoc temere fors videatur, ait:
Æstuat hic valde, valde bibat ergò necesse est.
Non parua obruitur magna liquore pyra.

Idem ad quendam ebriosum:

Tecum in colloquium quòd non properantiùs iui,
Segnitiem incusas, conquererisq; meam.
Confiteor verè tibi, non in tempore veni,
Serior aut citior debuit hora legi.
Aut vtinam eiusdem venißem mane diei,
Aut tibi venissem mane sequente die.
Nunc res lute nimis tractari cœpit adulta;
Quando tua facta est ebrietate nihil.

De Pimpino Ioannes Giouacanus:

Immensum quando trabe sulcaret Pimpinus æqu
En subitò æquoreas concitat Eurus aquas
Quemq; suus casus, sua quemq; pericula terrent,
Et graue erat cuiquam piscibus esse cibo.
Pimpinus hic vobis mors omnibus (inquit) ami
At mihi sunt gelidæ caußa timoris aquæ.
Nam mare si faceret diuina potentia vinum,
Hic vellem tumulum corporis esse mei.

Ioannes Pincierus de Zythopota:

Rhenanas Zythi potor delatus in oras
Vinum absynthiacum gustat, & asper ait:
Heu! nimium in vino lupuli deferbuit isto;
Zythi more putans Bacchica dona coqui.

De Pompilij potoris naso Muretus:

Pompilio est nasus cubitos tres longus, & vnum

La

Latus, & hunc mucus cingit vtrinq; triplex.
Adsunt & turres, Bacchus quas condidit ipse,
Et minio tinctis vsq; rubere dedit.
Huic etiam naso vis admiranda tributa est,
Nam calices siccos illius vmbra facit.
Imò etiam longè distans si senserit vsquàm,
Vt magnes ferrum, sic trahit iste merum.
Nuper eram in mensa, sitiens potare paratus;
Pompilius clausas adstitit ante fores:
(Mira canam, sed vera) merum mihi fortè paratum
Attraxit naso protinus ille suo.

cobus Lertius de quodam Græco:

Cretensem medicus repente vino,
Vulnus sæpè malum iubet fouere,
At potu iubet abstinere vini,
Ille hunc talibus excipit cachinnis;
Venis scilicet intimis receptum
Non prodesse mihi putem liquorem,
Ipso qui bonus vtilisq; tactu,
Ipsam quiq; cutim abluens medetur?

laxæmylianus Vrientius de Sexto:

Prædia post patris, post vltima prædia matris,
Prædia post Cæræ multa vorata tua,
Dum bibis & ructas, vomituq; & sordibus ooples
Vnam de reliquis, quæ tibi Sexte domum,
Indignata diu crapula, atq; proteruia herili,
Expuit (& meritò) te tua Sexte domus.

artialis Monerius de Lydo potore egregio:

Ignis,

Ignis, aqua, & mulier, cunctorum extrema m
rum:
Si quid habent in se publica dicta salis.
De tribus extremis aqua pessima credita Lydo
Idcircò hanc vitat, ceu mera vina canes,
Cumq; Deos orat breuiter, sed puriter orat;
Catera vt hi curent, cautum ab aqua esse sib

Idem de eodem:

Lydus (Prætor aqua si cui interdixit & igni)
Hic rogo Prætori, quid benefecit? ait.

Ioachimus Bellaius de Oenophili morte:

Consulit Oenophilus vatem, & sua fata requi
Est ab aquis, dixit, mors metuenda tibi.
Ergo amnes & stagna fugit, fontesq; lacusq;
Terreturq; ipsis imbribus Oenophilus:
Sed purum intrepidus nocteq; dieq; Falernum
Dum bibit, & lymphas dira venena putat;
Heu! vates nimium veros! hydropicus humor,
Non rapidus torrens abstulit Oenophorum.

Maxæmylianus Vrientius Epigram. lib. 5.

Sus mera, iusq; merum fas sit mihi dicere verum
Fœx eris & rerum dum bibis vsque merum.

Georgius Benedictus in ebriosum:

Dic mihi quis furor est? vno tantum bibis hausti
Balena, aut quantum non bibat aut Elephas
Et vix ebrius es; quid inauditum magis vlli?
Credo ego, Balenas iam quoq; terra feret.

Idem in ebriosum:

Quantus es, ebrius es: nec mirum, cùm tibi fau

Spumanti madeant nocte dieq; mero.
Nec tamen, ecce pudet populo spectante vomentem
Per vicos vrbis tendere perq; forum.
Post vbi concoctum temetum somno, illicò surgens
Sobrius esse cupis: crede renatus homo es.
Antè pecus fueras; surrexisti vix tamen, ecce,
Ebrius ex cyathis, &, velut antè pecus:
O Proteu, qui tot nosti tibi fingere formas!
Porcus abisti hodie, quando redibis homo?

Ius Douza in Sabellum potorem:

Vnde sum, quæris; ducat cereuisia nomen?
Quod cerebrum visat crebra Sabelle tuum.

Item de eodem:

Quòd tam pigra tibi potor mouet arma Sabellus;
Parce Venus: Numen non colit ille tuum.

Nicolaus Grudius in quendam cognomento Spongiam:

Doctior est nemo patinas detergere, nemo
Plus bibit: ex vero Spongia nomen habet.

Quidam in ebriosos:

Quæris qui sit homo ebriosus, atqui
Nullus est homo, Nævole, ebriosus.

Item in eosdem:

Vos farciendo deditos abdomini
Mortem haurientes vnde vitam cæteri,
Quos mane primum seraq; videt Vespera,
Mensæ assidentes, poculisq; grandibus,
Infame donec sitis intuentibus,
Fœdam vomentes crapulam, spectaculum:

Ho-

Homines quis esse credat istis vultibus?
Liuentibus tot fronte pictá pustulis?
Naso Pyropis tot madente marcidis?
Cingente limbo oculos rubentes coccino?
Oculis fluore turgidis vinaceo?
Rictu madente, diffluentibus genis?
Vos immò quisnam compararet bestijs?
Namq; ebriosas nemo vidit bestias.
Qua sorte dignos ergo vos censebimus?
Hac sciliuet, viuos vt ebrietas suos
Afficere pœnis, quibus amatores solet,
Vos vsque & vsque strenuè distorque it
Tumuloq; stratos perpetua premat sitis.

Hercules Strozza in Heluonem:

Sæpè bibis, quo sæpè vomas, & sæpè voracem
Distendis miseri corporis ingluuiem.
Quin si fortè tenax stomacho cibus hæserit, hunc
Dextra, vel in fauces indita penna ciet
Tanquam sis genitus perdenda ad vina, nec vlli
Te natura alij finxerit officio.
O dignum laqueo facinus! quodcunq; voratur,
Turpiter ingeritur, turpius egeritur.

Hieronymus Arconatus de bibone quodam:

Horas me malè collocare dicis,
Cum Phœbi citharam fideq; tractó:
At tu quid facis? Amphoras Iacchi
Cùm noctem in mediam trahis bibendo?
Et vinum malè collocas, & horas.

Natalis Chytræus in Fannium Bibulum:

Dum vitam incolumem potando precatur amicis,
Dum patris & spensæ nomina sæpè bibit:
Sannius insano similis, pallensq́; tremensq́;
Concidit, vt vitæ spes quoque nulla foret.
Ridiculus, qui multa bibens nec profuit illis,
Et sibi pænè fuit caussa pudenda necis.

uidam de Bibulo:

Languidus occumbit bibulus; qua peste? rogabis;
Ebrius hesterno non fuit ille die.

ispar Vrsinus in ebrium & violentum:

Vinolentus vsq́, & vsq́ violentus es,
Vna addita, vel vna adempta litera,
Vtrumq́ rectè conuenit nomen tibi.

douicus Helmboldus:

Nocte Themistocli non concessere soporem,
Miltiadis forti fixa trophæa manu:
Nulla quies ducibus quoque nunc est: Solis ad ortũ
Peruigilant; retinent æmula pocla gulas.

uidam in ebrietatis imaginem:

Quis typus hic? stolidæ vera Ebrietatis imago est.
Cur ea veste caret? demens secreta reuelat.
Quid gladius? cædes & vulnera. Cornua quidnam
Designant? reddit petulantes. Illa corona
Quo sceptro suspensa? adimit nempe ista Monarchis.
Cur velati oculi? occæcat quia lumina mentis.

nnes Lapidus Biboso:

E potas tot spumanti crateras Iaccho,

Vt timeat ſtygijs iam pater orcus aquis.

Sebaſtianus Hornmoldus de vitanda ebrietate:

Quid ſcelus Ebrietas, tam deteſtabile monſtrum;
Crapula, vel vini craßa vorago ferat.
Quàm noceat, paucis lubet huc ſubnectere pectus,
Aut refer, & docili mente Thuiſco tene.
Principio parit obſcœnas horreſco, loquelas
Et nugas, quibus haud mica ſalutis ineſt.
Percipitur pro ſaluifico turpißima verbo
Fabula, non homini nec quoq; grata Deo.
Prouenit hinc velut è fœdatis vita lacunis,
Lamis aut teſquis rancida ruſticitas.
Spurcities morum teterrima, nulla iocorum
Temperies datur, aut cum ratione modus.
Quando ſed hos mores præeuntes facta ſequuntur
Crede, nihil totus turpius orbis habet.
Nocte ſuburranas adreni boat ebrius, vno
Numina blaſphemo murmure trina ciet.
Alter ad alterius triſtatur commoda, liuet,
Inuidet & nulla parte probare poteſt.
Quin probra permiſcens vitijs, mendacia vero
Pingit, & illicita conſtruit arte dolos.
Impoſtura ipſi quaſi res bene geſta videtur,
Ingenijq; ſui iactat, & artis opus.
Ebrius in tantum temere prolabitur æſtum,
Vt nulli penitus parcere poßit iners.
Nam tua quando ſatis nequit ille laceſſere proli
Numina, mox homines impetuoſus agit;
Vipereoq; malum ſerit ore nociuus, honorem

Abripit, innocuos dilaceratq; viros.
Parturit ebrietas incendia tanta furoris,
Præter & insidias, flagra, minasq; ciet.
Hinc etiam morbi genus omne resultat; vt asthma,
Icteros & phthisis dira, podagra ferox,
Calculus & scabies, febris, phrenesisq; catharrusq;
Ileos & tumidis venter opimus aquis.
Halitus oris olet generascit pustula, lippit,
Genua labant, tremulæ sunt vtrobique manus.
Vermiculata micat facies, quasi murice tincta
Cum Tyrio, minio seu rubefacta nouo.
Quæ tandem ceu mortis iter, dispergit in artus
Velle venenato mox quasi tinctus obit.
Si se mors retrahit, longæuus, & helluo mortem
Non videt, interius mox malè sensus hebet.
Nam miserè queritur quòd opes decoxerit anno
Præterito, census, rura paterna, domos.
Extremè queritur, quòd denigrarit honorem
Et famam, vetitæ ductus amore gulæ.
Sic deplorat opes, famam, vacuamq; crumenam,
Quam dederat vinũ, charta, cubusq; probro, &c.

Qua non solùm Poetę cæteriq́ue professores ebrios perstringunt, ipsamq́ue ebrietatem infamiora & ignominia condemnant: verùm etiam ipsi net vitis putata ebriorum infortunia deplorat perbellè P. Mel. fingit:

Vere nouo dum Taure cales à lampade Solis,
Et sua turgescens arua relaxat humus:
Tamq; renascentes gemmas agit vuida vitis,

Fundere cur lachrymas sustinet ipsa meras?
Non illi falx est damno, non vincla dolori:
Experta est facilem ritè putata manum.
Præscia nempe, boni fore, qui malè dona liquoris
Vsurpent, multis ebria turba cadis.
Hinc fletu indulget, hominumq; informia plorat
Corpora in atroces diuarianda feras.
Rident turpe Pholi genus, & potabimus, aiunt,
Quo fluat ex vdis plurima gutta oculis:
Bestia venter iners, nescis heu! quot tibi quondam
Aut quantis stabunt hæ lacrymæ lacrymis.

Quia, vt inquit Henningus Cunradinus:

Qui Bacchum, Veneremq; colunt, his roboris am
Mentis opum, famæ nil faciunt reliquum.

51. Quia nefanda & quasi incredibilia ebrijs perpetrantur: Mirandum enim exemplu ex Athen. Rhodig. lect. antiq. lib. 17. c. 2. his verbis refert: *Verũ ne transiliamus hac parte mirũ pr cipuè exemplum violentiæ, rarò aliàs percognitæ; A thor Timæus est, fuisse Agrigenti domũ quandã cogn mento Triremẽ, euentu tali: Adolescentes aliquot il conuenientes conuiuium hilarius agitabãt. Mox, vti solet, cùm incaluissent vehementius, ita decussi me sunt; itaque externati, vt in triremi se opinaren constitutos, mariq; altiùs vndabundo, hyemem gruere atrocem. Proinde velut naufragium veriti, t quam egestis, qua intus forent, nauigium facturi uius, vasa omnia, & quidquid mero feruidis occu bat, in viam ceu in mare festinantiùs iactare ad*

fi

,accurrentibus hinc inde, qui proiecta diriperent. queuti die, vbi affuere Magistratus factum coar- ntes, cùm illi necdum satis crapulã edormissent, re- dere, se mortis metu præoptasse, quæ in naui forent, erdere, quã fluctibus deuorari. Admirãtibus mentis orem vniuersis, qui inter eos videbatur natu gran- : Ego, O viri Tritones, præ formidine infra thala- me conijciens, in imo iacui. Quumq; ampliùs are animaduerterentur, dimittuntur ab ignoscente gistratu, commoniti modò grauius, cauerent in re- ium inuitationem eiusmodi brutalem. At illi velut iam fatentes; Si, inquiunt, seruati ex tam procel- vndis portum fuerimus assecuti, inter marinos s vobis, vt Seruatoribus in patria statuas surri- us.

lix quoque Platerus obseru. Medic. lib. 1. tres culos ebriorum casus his verbis enarrat: lus quidam noctu dum domum reuerteretur, in ra splendorem Lunæ in terra intuens, existimabat ium se videre profundum; itaque se exuens & hu- rocumbens ad natandum, se deceptum demum de- endit.

lius quidam totam noctem pergracatus, & circa ulum somno oppressus, domum reuersurus circa diem, dum Lunæ splendorem arbitratus, sibi ac- lucerna, quasi de nocte prælucere passus est.

lter bene potus ad fontem aquæ salientis perue- , illic vrinam reddere cœpit, nec inde recessit, donec dam prætereunte fuit admonitus. Cui roganti,

*quid ageret, respondit, se existimasse, quàm diu stri-
ium aquæ fluentis audiret, hunc à sua vrina en
prouenire, & proin tam diu substitisse. Nam supra
ræ spatium veluti mingens, illic hæserat.*

52. Quid ergo mirũ, si tam absurdè ratio
amittant, in porosque asinos ebrij transform
tur; quod quidẽ de Sileni asello veteres Po
ostendebant: vt enim Ioannes Rosinus An
Rom. lib. 2. Certè enim asello vectabatur Sile
vt significaretur in turpissimum velut transi
grari animal per ebrietatem. Poëtæ passim
præsertim Ouidius lib. 1. de art.

In caput aurito cecidit delapsus asello.

Et lib. 4. Fast. 1.

---- Bacchus Satyriq; sequuntur,
Quiq; senex ferula titubantes ebrius artu
Sustinet, & pando non fortiter hæret asello.

Chiro qui eum nutriuit, vt Ioannes Sarisbarie
Policratic. lib. 1. c. 4. ebrios sine ratione esse
catione ostendit: *In semiuiri Chironis antro
Græcis per omnia creditur) est institutus Achilles,
ræ modis & cytharæ, & inde in siluas in strage
rum cædibus, & fœdo victui assuescens, reueren
naturæ, timoremq; mortis abiecit, quid quod Ba
eundem habuit nutritorem? nempe qui his studij
desidijs insistunt, semiferi sunt, & abiecta potior
manitatis parte, ratione morum prodigijs co
mantur.*

53. C

53. Quia ebrietas choreas & fœdissimas canenas adinuenit, vt quidam ait:

Ebrietas docuit primas agitare choreas,
Et cecinit primos ore rubente modos.
Hinc adeò in madidis cantatur vbiq; tabernis:
Hinc amat obscœnos ebria turba choros.

homines, vitulos, sues, asinos, suesque reddit.

Cor.

Conuiuas, vitulos, asinosq;, suesq;, canesq;
Prensa vides bruto stringere vina pede.
Quid mirare? tuos hic aspicis helluo fratres;
Mater enim tales nos parit ebrietas.

54. Quia Poetæ ebrios non solùm, dum hac iucunda perfruuntur luce; verùm etiam fato funeros, atro carmine proscindunt.

Iannes Iouianus Pontanus de Scanderebæo, homine bibacissimo.

Funde vrnam ad tumulos, funde & vinalia testa:
Ebrius hic nunquam sobrius, hic neutiquam.
Ebrius hic semper, semper quoque sobrius idem:
Dic mihi quisnam hic sit? Scanderebæus erat.

Quidam de potore egregio:

Qui iacet hic vita moriens iurauit in omni,
Passum dumtaxat se semel esse sitim.
Hunc ne credideris falsum iurare viator:
Perpetua huic viuo nam fuit vna sitis.

Item de Anu:

Mortua anus, quæ tot duxi (dum vita manebat)
Ad sacros Bacchi pocula plena lacus.

Puluere non condor, tumuli vice suaue peracta
Vita argumentum doliolum impositum est.

Idem de Maronidos temulentæ vetulæ bustis:

Longæuæ hæc sunt busta Maronidos; inq; sepulchro
E silice est fabra sculptus ab arte calix.
Multibibax & multiloquax an hæc neque natis,
Sed neque naterum paupere patre gemit.
Hoc est quod flet, vel busto condita Baccho
Vas habile hoc Bacchi, quod sit inane gemit.
Hic Hieron amicam Sileneda, pocula dura
Vincere quàm duro non potuere mero.
Rure suo sepelit functam, vt vel mortua, Bacchi
Nunc propiùs gratos flet tumulata lacus.

Adrianus Scorelius de potore siti extincto:

Siccus in hoc iaceo post pocula multa sepulchro:
Quàm vellem pleno me recubare cado!
Ante diem misero Lachesis mihi stamina rupit,
Eheu! non tali funere dignus eram.
Iniecta dum caupo mora depromere cessat
Vina, mihi fauces claufit anhela sitis.
Quisquis amat Bacchum, caupones effuge tardos;
Ni mecum simili morte perire velis.
Admonitus caueas gratis cupis esse monenti;
Dic rogo prætériens: Hic quoq; noster erat.
Sit mihi terra leuis, sit vuida quæso precare,
Cui fuerat poto nulla crumena grauis.

Ioannes Giraldus de mero potore:

Huius spreuit aquas potando vita Lyæo:
Mors ideò dictis hunc bene spargit aquis.

Qui-

Quidam ex Græco, de Timocreonte:

Multa bibens; tum multa vorans, malè denique dicens
Multis, hic iaceo, Timocreon Rhodius.

Nicolaus Grudius Iusto vinitori:

Pampinea meritò vineti contegor vmbra,
Qui colui vites Iustus, Iacche, tuas.
Thura Deis sacra vndanti funde hospes acerra:
Dum tumulo haud pigeat fundere vina meo.

Hippolytus Capilupus in Silenum:

Vita mihi iucunda fuit: mihi dolia cordi,
Et cyathi, & plenis vina fuere cadis.
Nec mihi amara dies cùm nostra ad limina venit,
Et pede percussit mors violenta fores.
Namq; pedum strepitus nostras non attigit aures;
Corpus erat somno, mensq; sepulta mero.

Idem in ebrium:

Dum vixi sine fine bibi: sic imbrifer arsus,
Sic tellus pluuias Sole perusta bibit;
Sic bibit adsiduè fontes & flumina Pontus,
Sic semper sitiens Sol maris haurit aquas.
Ne te igitur iactes plus me, Silene, bibisse:
Et mihi da victas tu quoque Bacche manus.

In eundem:

Iactabunt alij partum sibi sanguine nomen,
Regiaq; audaci colla subacta manu.
Et tumulo inscribent, depulsos mœnibus hostes,
Milleq; disiectas Marte fauente rateis.
Maxima palma mihi, Baccho duce, pocula mille

Gran-

Grandia cum multo sæpè, bibisse mero.
Gloria nec tenuis, si cantharus ante sepulchrum
Pendet, & immensi nostra trophæa cadi.

In eundem:

Nil mihi cum Flora, dum felix vita manebat,
Sed mihi cum Baccho plurimus vsus erat.
Non igitur sit sparsa nouis mea floribus vrna,
Sed potiùs dulci sparsa sit illa mero.
Vt fuit huius odor viuo mihi floris odore
Suauior, extincto sic erit ille mihi.

Germani in ciuitate Senarum:

Vina dedere neci Germanum, vina sepulchro
Funde, sitim nondum finiit atra dies.

In eadem ciuitate:

Vina dabant vitam; mortem mihi vina dedere;
Sobrius auroram cernere non potui.
Ossa merum sitiunt, vino consperge sepulchrum;
Et calice epoto, care viator abi.

Romæ:

Heus hic situs est Offelius, Bubalus, Bibulus,
Qui dū vixit, aut bibit, aut minxit. Abi præceps.

M. Monerius tumulo Macardi insignis potoris.

Quod nunquam Hippocrates, nunquam Aegineta putauit,
Nunquam Pergamei gloria magna soli:
Nec quos diues Arabs Medicos, aut Gracia vidit:
Nec qui Romana pòst nituere toga,
Nostra tulit vini mirandam hydropisin ætas;
Dicere quam possis veriùs Oenopisin.

Prima

Prima nocens intercute aqua, hæc intercute vino;
Prima siti indulgens, hæc quoq; plus sitiens.
Extinctum videas morbi nouitate Macardum;
Addubites, homóne, an amphora mortua sit.

Idem tumulo Baudeti nobilissimi potoris:

Dolia, labra, cadi, tibi sunt, Baudete, sepulchrum:
Non poteras tumulo commodiore tegi.
Noluimus saxis inter pia busta locare;
Ne tibi cum reliquis spargeret vllus aquam.

Cælius Calcagninus de tumulo Anacreontis:

At te, sancte senex, acinus sub tartara misit;
Cycneæ clausit qui tibi vocis iter.
Vos hederæ tumulum, tumulum vos cingite lauri:
Hoc rosa perpetuo vernet odora loco.
At vitis procul hinc, procul hinc odiosa faceßat,
Quæ caussam diræ protulit vua necis.
Creditur ipse minus vitem iam Bacchus amare,
In vatem tantum quæ fuit ausa nefas.

Camerarius breuiùs:

Anacreontis busta fortè qui transis,
Affunde vini paululum: nam amo vinum.

Leonida de Pisistrato: è Græco:

Ecquid coniciam de te, Pisistrate, Chium
Insculptum huic tumulo cùm video Astragalum?
Te ne Chium esse probat, vel lusorem arguit? atqui
O bone tam felix non ita iactor eras.
Fors & rem nondũ satis aßequor; an Chia quod te
Vina necant? sic est, attigimusq; scopum.

Tea-

Teætetus de Antagora:

Antagoræ incautas ædes, vinoq; sepultas
Hiberno excußit tempore flamma latens.
Octingenta inerant vel serui, aut liberi, & omnes
E heu! tam tristi succubuere rogo!
Oßa propinquorum nullus dignoscere quiuit:
Vrnam habuere omnes, inferiasq; simul.
Vnum omnes tumulum, facile sed singula cuiq;
Funera discernat Ditis auara manus.

Antipater de Philauto Eucratida:

Fare mihi qui sis, quo natus patre? Philautus
Eucratida cuius? sum Thrisiensis ego.
Qualis vita tibi placuit? sapientis amica,
Non timidi nautæ vita, vel agricolæ.
Morbus te aut senium letho dedit? hic ego sponte
Epotis cyathis, infera regna adij.
Anne senex? valde. Quando sapientibus acta
Respondent verbis; sit tibi terra leuis.

Fanni:

Et Bacchi & Phœbi non segnis vtrimq; sacerdos
Fannius Atuatica nuper in vrbe perit.
Illum quisquis amas, lacrumas ne inuerge sepulcro,
Plena sed annoso cymbia funde mero.
Oßa merum sitiunt, vinum superadde sepulto:
Spes erit hinc vitam libet, vt ille nouam.

Pororis:

Dulce merum terris oculo quæ flente bibebam,
Scis quid agam? Stygias nunc biho tristis aquas.

Glylli ebriosi.

Ebrie-

Ebrietate madens tibi viuus Grylle ſepulchrum
Exſtruxti : viuus nempe cadauer eras.

Sargi :

Sargus heic iaceo, necuit quem copia vini,
Hic mihi viuendi finis fuit atq; bibendi.

Meribibulæ.

Nemo me lacrymis ſpargat, neq; flumine ſacro:
Vinibibæ ad tumulum ſola Falerna placent.

Biuuli:

Doctibus iacet hic is, qui dum vita manebat
Non meruit dici Biuulus; at Bibulus.
Namq; videns tumidos tot per vineta racemos,
Omnia potipotens vina vetuſta bibit.
Grandine plus ſolito grandi vindemia (ſiccis
Exhauſtiſq; cadis) tota & vbiq; cadit:
Biuulus exclamans : Miſero ſpes ergo bibendi
Omnis adempta mihi? ſit mea vita mori:
Et verè moriens, hæc verba nouiſſima dixit:
Malo mori nunc, quàm viuere, nec bibere.

Zangrij:

Zangrius hîc ſitus eſt, quem multo ſæpè madentem
Baccho, non potuit dira necare ſitis.

Potoris:

Hîc iacet, & tecto ſtillantes excipit vndas,
Aſſiduus calicum qui traho nuper erat.
Hoc vnum metuit viuus malè ſiccus obire,
Nunc quoq; ne pereat, deciduo imbre cauet.

Ioſeph. Scaliger: incerti ex Græco:

Nunc vbi ſunt calices, vbi quos iaculare ſolebas

Thyr.

Thyrsos & potus, Faune protulce, tui?
Quis limæ admouit? quis vinclis induit artus?
Quem Bacchi cunas conuoluisse ferunt.
Pauperies, duriq; vrgens in rebus egestas,
Vulcano fumum me bibere illa dedit.

Leonidæ:

Nex doliorum, temulenta hic conditur
Anus Maronis. sculptus est tumulus super,
Cunctisq; noscitandus Atticus calix.
Nunc vel sepulta non viro aut natis super
Flet, quos reliquit rerum egenos omnium:
Illud flet vnum, quòd calix inanis est.

Eiusdem:

Hospes, Anacreon hoc tumulo sum, tu mihi partem
Funde meri; siquidem potor eramq; meri.

Bibonis ex Græco:

E terra genitus, sub terram morte recondor:
Ergo lagena mihi terrea plena veni.

Bibonis:

Serta, vnguenta meo ne gratificare sepulcro
Vina, focus lapidi sumptus inanis erit.
Hæc mihi da viuo. cineres miscere Falerno,
Nempe lutum facere est, non dare vina mihi.

Amphoræ anus ebriosissimę submersæ:

Amphora quæ meruit parto cognomine dici,
Plena mero semper; nec satiata mero.
Ebria fortè parans tumidum sulcare Lemannum
In medijs vitam lapsa reliquit aquis;
Atque illam sanè quamuis insueta bibentem

Pocu-

Pocula, quum medijs immoreretur aquis.
Credibile est hilarem tamen interijsse bibentem,
Cui mage non placuit viuere, quàm bibere.

Oratoris egregij:

Qui vino & dapibus ventrem, lingnamq; veneno
Pauit; conditus hic Helius. ecce iacet.
Quas habet sedes animus, ne quære viator:
Huic Deus atq; animus, venter & esca fuit.

Iusdem:

Non hunc Elysij campi, neq; Tartara condunt;
Hæc loca sunt hominum; cantharus iste fuit.

Argentarius de Aristomache anu:

Quæ plus dilexit Bacchum, quàm quæ dedit Ino
Vbera, Aristomache garrula anusq; bibax.
Mortua cùm terras subijsset, & omnis abisset
Spiritus, exhaustis antè necis cyathis,
Minoem est affata; Leuem huc mihi protinus vrnã
Siste, feram nigram mœsti Acherontis aquam.
Ipsa etiam sponsum occidit: sed talia finxit,
Infra etiam vt posset læta videre cadum.

Antipater de Polixeno:

Quid querar? an Bacchum culpem, an potiùs Iouis imbrem
Incusem? lubricos tentat vterq; pedes.
Namq; satur rediens conuiua Polixenus olim,
Cùm de præcipiti fortè labasset agro.
Hic iacet Aeolide Smyrna procul: inuidus ergo
Hinc discat pluuiam nocte timere viam.

Mira-

Incerti:

Miraris cur sim vicinus conditus vndis?
Vt liquidum pleno gutture flumen eat.

De quodam:

Mantua cui vitã, hæc tumulũ dedit hospita tellus.
Si quaris, propriam vina tulere necem.

55. Quia Dei permissu, in ebrietatis pœnam vineæ frigore aliquando conficiuntur; vt enim inquit quidam:

Omnibus ebrietas fœdissima regnat in orbe,
Exitiale animis corporibusq; malum.
Quid mirum, infestos si mittant numina ventos,
Cumq; suis perdant vitibus omne merum?
Vtq; sit ira Dei cunctis manifesta, Georgi,
En medio Maij tempore sauit hyems.

vt accidit anno 1569. quod quidem cùm inter grauissimas pœnas enumeretur, ebrietatis peccatum magnum esse est censendum.

56. Quia Venus, vinum, somnusque de paperant, vt ait Petrus Lindebergius:

Qui Veneri & vino nimium indulgetq; veterno,
Is quamuis Cræsus sit, tamen Irus erit.

57. Quia omnibus risum mouent. Petrus Apherdianus:

Per fora, per vicos mouet & per compita risum,
Dum geminans greßus ad sua tecta redit.
Quid? quòd luctando titubantem pertrahit vxor,
In lectum, vomitu polluiturq; thoral, &c.

Et vt inquit Lemnius de occultis naturæ mirac

cap. 11. *Cùm autem omnes madidi, vinoq; per-*
i, ridiculos, comicosq; mores agunt, risumq; obuijs
itant, cum vultus atque oculos gestusq; spectamus,
c.

58. Quia ebrij filios ebrios generant. quod
idem est res non contemnenda, Plutarcho de
er. educand. teste, *quòd qui rem habere cum mu-*
ibus prolis gignendæ caussa volunt, aut omnino vi-
vacuos, aut certè mediocriter eo vsos, hoc conuenit
ere. Adsolent enim vinosi & ebriosi fieri, quos patres
ij seuerunt. Quamobrem etiam Diogenes *adolescen-*
um videns animo abalienatum, & mentis malè
potem, dixit: Adolescens pater te ebrius genuit.

59. *Quia nihil est, quod conuiuium magis detur-*
atque deformet, quàm vini alteriusq; potionis in-
andi vim habentis, immoderata ingurgitatio, quã
lti turpes, indecori & inhonesti gestus, dicta atque
a consequuntur. Itaq; meritò ebrietatem conui-
um, quorumuis fœdissimam labem atque macu-
; imò pestem atque perniciem appellabimus, finis
uiuiorum, qui est mutui amoris conciliatio atq;
firmatio, maximè contrariam atque inimicam.
Schkius lib. 3. c. 8. Antiq. conuiu.

60. *Quia est omnium malorum caussa. Perdit enim*
ò animam, & illius bona, hoc est, mentem, ratio-
, ingenium, iudicium, memoriam, docilitatem, vir-
s omnes, affectus atque sensus corrumpit. Deinde
it corporis sanitatem, robur, formam atq; pul-
tudinem. Perdit hominis auctoritatem, gloriam,

decus, opes atque fortunas. Perdit non singulos modò hominis, sed totas nationes, regna, imperia, Respubl. atque Ecclesias. Nec verò temporalis modò, verum etiam æternæ perditionis est caussa, vt sacra testantur littera; & vt bona quæuis perdit, ita id, quod est consequens contrà caussa est, radix atque scaturigo omnium malorum. Mala autem alia sunt, vt à Theologis appellantur culpæ, id est, vitia, scelera, atq; flagitia alia pœnæ siue pœnalia. Mala pœnæ rursus alia sũt temporalia, alia æterna, vt æterni illi tartarorum cruciatus: Mala temporalia rursus vel sunt animi, vel corporis, vel fortunæ, vti vulgo appellantur. Horum omnium malorum parentem ac procreatricem esse ebrietatem, cùm sacra atq; profana littera, omniumq; sæculorum historiæ; tum ipsa experientia quotidiana locupletissimè testantur. Idem ibidem.

Nec verò animum tantùm atque corpus, sicuti dictum est, & vtriusq; bona, quæ animi corporisq; bona appellantur, temulentia perdit: verum etiam in opes & facultates ad vitam hanc corpoream sustentandam necessarias grassatur, & illas quoque absumit atque perdit; vnde egestatem mendicitatemq; ignominiosam consequi est necesse. Nulla profectò est pestis, quæ rei domestica tantum obsit. Nam, quod per multos dies toti familiæ alendæ sufficere poterat, vno die, aut etiam pauculis horis ebriosus paterfamilias absumit; nequi pecuniæ modò, verumetiam temporis iacturam facit, quod in opere faciendo debebat impendi, & familiam totam negligens, tam vxorem, quàm liberos egestat

peri

perire sinit, ita vt non in alios, quàm in ebriosos illud Apostoli conueniat, 1. Tim. 3. Si quis suis, & maximè familiaribus atque domesticis non prospicit ac consulit, is fidem abnegauit, & est infideli deterior. Idem.

61. Quia Ebrietas omnia officia, quibus alij aliis sunt obligati, violat. Nam illa constat non modò commune nostrum officium, quo omnes sumus Deo atque proximo obstricti; verùm etiam propria atque peculiaria officia, quibus alii aliis pro varia vita conditione, statu, societate sunt obligati, perturbari atque violari: sic enim exempli gratia, & Magistratus, Senatores, Iudices, cateriq; Reipublicæ proceres, præ temulentia sui plerumq; muneris & officii, in puniendis improbis, defendendis innocentibus, legibus sartis tectis tuendis, iure deniq; suo cuique tribuendo obliuiscuntur, & omnem ferè Reipublicæ curam abiiciunt. Et contrà, subditi Magistratus suos, quorum temulentiam imitantur, non eo, quo par est amore, honore, obseruantia atque obedientia prosequuntur; quin potiùs illos ceu homines, suiq; similes contemnunt atque despiciunt. Nam Vinum, vt ille verè dixit, facit omnes æquales. Præterea linguarum & artium tam sacrarum quàm prophanarum Doctores atque Magistri ebrietati indulgentes, non quo par erat studio, opera, diligentia, assiduitate iuuentutem suæ curæ fideiq; commissam: quæ quidem totius Reipublicæ Ecclesiæ est seminarium, tum bonis artibus atq; litteris, tum honestis atque ciuilibus moribus instituunt atque erudiunt: quin immò hoc officium suum turpiter negligunt.

Et vicissim Discipuli Præceptorum suorum temulentiam imitantes, in illorum monitis, dictatis, atque præceptis percipiendis, repetendis, memoriaq; (cuius mors est vinum) infigendis valdè se negligentes præbent: ac omnino debitam iustamq; Præceptoribus suis obseruantiam, obedientiamq; minimè præstant. Ad hac in matrimoniis, quæ omnium ciuitatum sunt seminaria, ebrietatis vitio atque culpa multifariam, & quidem grauissimè periculosissimeq; peccatur. Nam primò mariti ebriosi vxores suas, quas secundùm Apostoli præceptum tanto amore charitateq; complecti debebant, quanta Christus Ecclesiam consponsam, corpusq; suum complectitur: Ebrietate efferati ac veluti furiarum tedis ardentibus exagitati contumeliosissimè crudelissimeq; verbis verberibusq; tractant, & contrà vxores temulentæ pudorem omnem exuunt, pudicitiamq; suam plerunq; prostituunt, remq; familiarem negligunt atq; perdunt. Hinc dissidia grauissima, diuortia funestissima, familiarum labes atque naufragia calamitosissima. Deinde parentes temulenti suorum liberorum iustam, & honestam institutionem educationemq; negligunt, illis sua illa temulentia omnium malorum sunt auctores; & vicissim liberi à vinosis parentibus proseminati, ac proinde paternæ maternaq; temulentiæ strenui plerumq; imitatores, effractis ruptisq; omnibus pudoris atque pudicitiæ repagulis, non modò illos, qua par erat, obseruantia non colunt; verum etiam contemnunt, irrident, multis contumeliis iniuriisq;

riisq; onerant, tandemq; patrimonia vel lautissima breui tempore dilapidant.

Denique & domini erga seruos & ancillas suas præ ebrietate sæpenumero vel nimis sunt remissi, molles, atque dissoluti, vel plus æquo duri, sæui, & contumeliosi; & vicissim serui atque ancillæ suis patribus atque matribus non modò legitima iustaq; officia & ministeria non præstant; verum etiam illos sæpè maximis iniuriis, contumelia atque dedecore afficiunt, rei familiari maxima damna ac detrimenta important. Idem cap. 8.

62. *Quia per ebrietatem adimit sibi quis facultatem ad vitanda ea, quæ perse turpia & peccata sunt, & ad facienda etiam ea, quæ contrà decent, & nonnunquam ex fidei præcepto debent. Quæ impotentia insignem turpitudinem habet; Vnde S. Ambrosius lib. 1. de Abrah. c. 6. Vitandam, inquit, dicimus ebrietatem, per quam crimina vitare non possumus. Nam quæ sobrii cauemus, per ebrietatem committimus.* Gregorius de Valent. Tom. 3. disp. 9. q. 3. de pec. temp. oppos. punc. 2.

63. *Quia ipsa temperantiæ regula cum non leui detrimento corporis turpiter exceditur, & adeò quidem turpiter, vt in eo genere brutis ebrii longè inferiores censeri debeant. Quanto enim melior, inquit Chrysostomus, hom. 44. in Matth. asinus ebrioso est, quanto canis præstantior, &c.* Idem.

64. *Quia auget culpam & malignitatem ebrietatis, quod suapte ratione est malum quoddam, difficul-*

ter sanabile: ita vt qui ei aßuescunt, rarò & vix resipiscant, vt obseruat S. Ambros. in lib. de Helia & ieiun. c. 14. Meritò inquit, Deus per Moysem non solùm veneno, sed etiam draconum veneno vinum comparauit, dicens: Furor draconum vinum eorum, & ira aspidum insanabilis. & pulchrè additur, insanabilis, multi enim reliquorum serpentium veneno curantur; nemo ebrietate.

65. Quia ebritas est multiplex bestia. ita eam Chrysostomus vocat: *Nam quemadmodum Scylla & Hydra apud Poëtas: sic & ebrietas multis capitibus armatur. Hinc enim fornicatio, hinc ira, mollities, hinc turpes amores oriuntur.* Mox subdit; *Vbi enim temulentia, ibi verba turpia; vbi venter satur, ibi dæmones exultant.* Refert Syn-phosius Campegius in Periarchon.

66. *Quia ebriosi signa ebrietatis semper secum ferunt, attonitæ perturbatæq; simillima semper mens temulenta. retusa ratiocinandi vis; inepti, nihil quicquam rectè vnquam agentes, sensu prope communi carent sopitis similes, vel priùs quàm inebrientur, ebrij. Iidem toto corpore tremuli vacillant, turgido humore, suffusa facie spectantur, flauescentibus, demißisq; ac pendulis ad mentum buccis, siccis pallescentibusq; labijs, certissima, os ventriculumq; & intermedias partes obuestientis membranæ vitiosa qualitate per totum infectæ, nota vnde fœtentis insuper mirum in modum animæ exhalatio assidua, &c.* Iul. Alexand. salub. lib. 21.

67. Et

67. *Videas quos non irruentes hostium numerosi exercitus vicerint, à Baccho victos: quos nec violentia tela, nec onager, nec vrbina, nec catapulta, nõ testudo, pelta vel palmula strauit, seu sternere potuit, vino adeò superatos, vt fortes esse desierint; porci, canes, simiæ, leones aut lupi effecti. videas item quos nec imber, seu frigoris horror, nec tot locorum, tot fluminum, tot tantorumq; marium formidabilis difficultas, & procellosa magnitudo perterruit, bibendi ardore fatigatos, Herculeoq; scypho in tantum prostratos, vt currus triumphales Bacchi victoris, quasi concatenati turpiter sequantur. Nec mirum alliciente magna optimorum virorum diuersitate.* Pictorius serm. conuiu. lib. 2.

68. Quia Ebrietas potentissimas metropoles in ludibrium & cineres redegit. Q. Curt. de Persepoli magni regni capite, magnorumq; Regum sede. Ex pellicibus vna Thais, & ipsa temulenta maximam apud omnes Græcos iniurum gratiam affirmat, si Regiam Persarum iussisset incendi, expectare hoc eos, quorum vrbes barbari delessent. Ebrio scorto de tanta re ferenti sententiam, vnus & alter, & ipsi mero onerati assentiuntur. Rex quoque fuit auidior, quàm patientior. Quin igitur vlciscamur Græciam, vbi faces subdimus? Omnes incaluerant mero. Itaq; surgunt temulenti ad incendendum vrbem, cui armati pepercerant. Primus Rex regiæ ignem iniecit: tum conuiuæ & ministri pellicesque. Multa cedro ædificata erat regia, quæ celeriter igne concepto

fudit incendium. Quod vbi exercitus, qui hanc procul vrbe tendebat, prospexit, fortuitum ratus ad opem ferendam concurrit: sed vt ad vestibulum regiæ ventum est, vident Regem ipsum adhuc aggerentem faces. Omissa igitur, quam portauerant, aqua, aridam materiam in incendium iacere cœperunt. Hunc exitum habuit Regia totius Orientis, vnde tot Reges iura antè perebant; patria tot Regum, vnicus quondam Græciæ terror, molita mille nauium classem & exercitus, quibus Europa inundata est, contabulatâque mari molibus, perfossisque montibus, in quorum specus fretum immissum est.

69. Quia homines ad omnia tardos hebetesque reddit, vt inquit Anton. de Balingen in congress. pomerid. c. 5. *Quippe video huiusmodi hominibus ingeniorum aciem ita hebescere, vt non solùm omnium magnarum rerum atque artium scientiam se posse consequi diffidant, sed etiam ad tritas & pueriles disciplinas, ad rei familiaris administrationem, ad negotiationes, deniq; ad omnia, quibus humana vita vsus & exercitatio conformatur, omninò tardi atque inutiles esse videntur.*

70. *Quia Sardanapalicæ mensæ multis principibus & infinitis viris priuatis funestas clades, & miserabiles mortes pepererunt, ebrijq; in lubricissimo putei auernalis limine semper versantur; & vt inquit cap. vii. Malim ego in duellica arena (quamuis crimen huiusmodi, tanquam omni legi naturali, diuina, humana*

adue-

aduersum dirissimo anathematis fulmine percellitur) quàm in ebrietatis aula vitam ponere. Quid enim salutare mentis rationisq; inops præstabit, & quis animi motus, Christiano Heroe dignos vino languidus eliciet. In duello si quidem re mentis integra, ratione duce, Deoq; auspice fas est abiectis insolentiæ armis ad pœnitentiæ castra perfugere; fas est diuinam mihi gratiam multa vi lachrymarum conciliare. In eo quidem Lethalia sæpè vulnera infliguntur; at non talia, quæ hominem actutum è viuis eripiant, omnemq; excludant scelera expiandi facultatem. Liceat igitur illud Dauidicum à generali peccatorum ruina categoricè ad vinolentos traducere; Mors ebriorum pessima.

Et Ebrietas cogit nõ solũ homines fraterno, paterno, & ciuili sanguine manus cruentare, vt passim apud Historicos exempla legentibus patet: Verùm etiam conspurcatissimis cędibus exercituum duces, ac Resp. insignibus præsidijs priuat.

71. Quia ebrij totam ciuitatem perturbant. Nam noctu cespitant in plateis, molestia afficiunt transeuntes, eos armis impetunt, furiosisque clamoribus compita implent.

72. Quia Ebrietas est malum immedicabile, vt rectè asserit Ant. de Belingen. *Quis fons ardorem extinguet, qui cogit Tantalos istos continuo madore labia rigare; & necessitatis terminos transilire. Non à me solùm, sed à M. Ambrosio malum censetur immedicabile, & illi persimile, quod Deus Moysi patefecit execrandum: Furor draconum vinum eorum, &*

ira

ira aspidum insanabilis. Complures à venenato alior serpentium morsu sani emersere; nemo autem eorum quos pupugit ebrietatis virus, est pristini sanitati re stitutus.

73. Quia nullum in terris monstrum, tame contrarijs diuersisque inter se repugnantibu qualitatibus ac potentijs, quæ terribiles & adm rabiles effectus producunt, conflatũ; neque vll tyrannus in tota Barbaria tam teter ac crudeli vt est vinum, quando à bibentibus immoderat perpotatur, inuenitur. Tandem est potentius on ni veneno, vt S. Ambrosius scriptum reliquit, ne que suomet inuentori pepercit; & iure merito quia nullũ veneni genus, aut nulla sympthomat quamuis atrocissima inueneris, quæ vino non si communia, quęque ab eo longè non superentu Verumtamen tolerari quodammodo posset, solos corporales morbos accerseret, sed quod pe ius est, omnia crimina tam priuata, quàm public secum trahit, vniuersasque familias miserandũ i modum in nihilum reducit; vt enim Obsopeus:

Ebrietate trahit quæ cuncta nefaria secum
Crimina, cum Sodoma versa Gomorra iacet.
Quot iuuenes nostro sæclo satis indole clara,
His pessum vitijs ebrietatis eunt?
Viribus exhaustis exhaurit & illa crumenam:
Herculeos census conterit ebrietas.
Thesauros Cræsi ebrietas Crassiq; voraret:
Hac res, hac patriæ dilapidantur opes.

Obs

Obsita panniculis comes ebrietatis egestas
Fertur, egestatis nigra cauerna comes.
Hæc te post nudum compellet ad improba facta,
Vt pares numos suggeret arte mala.
Artibus exitium lucrabere turpe malignis,
Hic tandem finis ebrietatis erit.
Semper enim venter solitis vult rebus inanis
Distendi. festos semper habere dies, &c.

uibus omnibus de causis vniuersos potores nnino deceret, vinum, quod omnium rerum m bonarum, quàm malarum efficacissimum potentissimũ est, & cum quo nihil sublunare, omine excepto, comparari posse videtur, tanquã ementissimum, liberalissimum ac optimũ Re- m potiùs, infinita ferè beneficia ac commoda corpus animumq; collocantem, quàm sæuissi- um ac truculentissimum tyrannum, crudelissi- o dominatu mortales prementem, eosq; maxi- is corporis incommodis, ingentibusque animi uciatibus vitam agere cogentem, experiri. pręr- tim quia nulla mortalibus societas cum mon- ris ac tyrannis, sed potiùs summa distractio esse ebet. Et Poëtæ, qui mero plurimum tribuunt, usque valde appetentes sunt, si tantum, quan- m Poesis requirit, epotauerint, nobiles ac illu- res versus effundere nulla cum molestia, nullo- ue cum detrimento potuerint. nam & hoc nico modo Bacchus est carminum condendo- m Magister, iuxta illud Horatij 2. Carmin.

Bacchum

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem (credite posteri)
Nymphasq; discentes & aureis
Capripedum Satyrorum attentas.

E contrà, si commessationibus ac compo tionibus indulserint, varijs obruti morbis imm turè senescent, & in voluntarium interitum, c semper ebrijs improuisò imminet, se præcipi dabunt; Ennijque finem facient, qui septua narius ingluuiei & ebrietati deditus, cum ing tibus cruciatibus & arthriticis doloribus, inte perantia & ebrietate contractis vitam infœli simè finiuit; de quo Cœlius Antiq. lect. lib. cap. 30.

Ennius ipse Pater dum pocula siccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

Quocirca ab hoc vitio, vnde tot corporis ani que mala, quorum pars superiùs enarrata est, nerantur, Poetas abhorrere, temperantiam a ac sobrietatem amplecti esset necesse, quibus vita & honos hominum frugi conseruatur, c minaque non ridicula, non ebria, sed gloriosa commemoranda decantantur.

FINIS.

Errata maioris momenti sic corrigito.

Pag. 6. abularum *lege* fabularum. 10. Cycladis, cycla-
d. Aegeas, Aegæas. 16. dicenda oratio, *dele* oratio. 20.
nnat, manet. 24. fatui, fatuis. 36. velo, cœlo. 40. neque
eum, *dele* etiam. *ibid.* eum in scyphis, eum quoque in
cyphis. 45. Cornanus, Cornarus. 46. qui illud, qui illam.
4 institute, institutæ 50. quoniam illud, quoniam ille.
5 Ariœte, Acœte. 52. censes, cense. 67. marti, marte.
7 obuiat medicina, obuiat, & est eorum medicina. 75. &
x ophon, *vsque ad* Quadere. *lege post carmen illud*, nunc
vo, &c 155. garyofilorum, caryophyllorum. 170. ebi-
b, ebibant. 177. vt Daniel, & Daniel 192, in ip. in ipsos
2. *dele*, vt omnes etiam quos superiùs citauimus. 238.
si emmas, si gemmam, existunt, existit. 297. vides, vi-
301. poculaque, pocula. 306. cum palma, cum palmo
3 Genius, Geni. 394. sic pueri & infantes, sic pueris &
ntibus, *ibid* non multi, aliqui. *ibid.* amplectuntur, non
plectuntur. 395. ei, eis. 407. & ne, quamobrem ne.
4 *post* Horatius *dele* verò. 417. quando, nempe quando
. Cyllenia, Cyllena, *ibid.* certum, certo, *ibid.* & rectè, vt
è. 423. in eis proueniat, *dele*, in eis 430. ille, illa, *ibid.*
a, iamque, *ibid.* bene nos, bene vos. 442. in accessu, in
ssu. 449. Prima, quia; non prima quia. 451.
a illud Martialis, iuxta illud Ouidij, *ibid.* Illud Oui-
illud eiusdem. 452. & 7. eleg. 9. *leg.* & 2. eleg. 5. *& hoc*
o.

Multa super cilio vidi vibrante loquentes:
Nutibus in vestris pars bona vocis erat.
Non oculi tacuere tui, conscriptaq; vino
Mensa, nec in digitis nulla littera fuit.
Sermonem agnoui (quid non videatur amantis?)
Verbaq; pro certis iussa valere notis.

. tacitis, tacitos. 454. venis & ignis, *dele* &. 469. poculi
ula. *ibid.* ternos tres, ternos ter. *ibid.* multiplicandi,
tiplicanti. 484. & vt bene, *vsque ad* Sextò, lege p. 483.

post

post,est satis. 510.fugit fugat 522. non leue, non leues 546.item i,s.itē ij.570 Antiqui Etenim. 571.ipsiusmet ipsimet.585 opium,apium 596.conditura acida,condituram acidam.615.Gui,Giu 519.Sapientiorem,sapientium, *ibid.*arcanorum, arcanum.623 & vt Hieronymus *vsque ad n.14. lege.post illud carmen*,Hei mihi. *ibid.*maior maiora 610.Idem, ibid. Matenesius ibid. 630.etenim verum,& verum.24.Bossium Bouium. 681. *dele* qui ebrietas à num.72.vsque ad num.73.670. *dele* Leonida vsque ad Bibonis.664 gratis.gratus.

Cætera cùm lectionem non impediant, excusare Lector benignè dignaberis, præsertim cùm Typographiæ ægrorumque curationi pariter incumbere,mihi non licuerit.